



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NEDL TRANSFER



HN 63BW 6

XXVI 334

q.

03314 KC 16472



-9- ex aut. Erford. Zensae 27.3.1874
Andreas.

CENSORINUS

DE

DIE NATALI.

H E N R I C . L I N D E N B R O G I U S

recensuit;

Et

Notis, iterata hac Editione passim
adauetis, illustravit.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina IOANNIS MAIRE.

c i o I o c x l i i .

Lc 32.18

KC 16472

Harold Goff, M.D., Jr.

Bethesda, Md. 20205

CIO 3f

May 7, 1968

Nobilissimo, amplissimo, re-
verendo, & clarissimo viro,

D^N. CONSTANTINO
L'EMPEREUR, ab Oppyck;

S. S. *Theologiae Doctori, & Ebraicarum Literarum, Controversiarumque Iudaicarum, in Athenaeo Lugduno-Batavo, Professori; Illustrissimo MAURITIO, Comiti Nassovio, Indiarum Occidentalium Gubernatori, à consiliis;*

S. P. D.

 A est rerum vicissitudo, inclutissime vir, ut nova frequenter inveterascant, vetera vicissim subinde nova fiant. Quod esse ita, cum alias, tum in hoc, quem manu fero, CENSORINI Commentario *De die natali*, comprehend . Qui, iuxta alios auctores, iam singularis antiquitatis, parum abfuit quin in tenebras abiret, nisi ante hoc nostrum ævum Carrio sa-

(?) 2 ne,

DEDICATIO.

ne , atque pauci alii , cum denuo
in lucem produci curassent . Quan-
tum autem istius ævi Editionibus im-
perfectissimis defuerit , vel unus noster
L I N D E N B R O G I U S , admirandæ li-
teraturæ vir , brevissimis simul , & per
omnis generis auctores diffusissimis
Commentariis suis , solidissime docet
& ostendit . Qua occasione factum
est , ut ab aliquot literatis hominibus
incitarer ad hunc **C E N S O R I N I**
Commentarium impressione mea re-
cudendum . **Commodum obtigit di-**
cti laudatissimi L I N D E N B R O G I I
exemplar , ab auctore ipso noviter re-
visum , & summa cura , quod titulus
fatetur , & res testatur , emendatum &
auctum . Id per auctoris liberalem
animum , quo in communia studia du-
citur , donum obvænit mihi : ita qui-
dem , ut recuso eo , ceu re mea , ute-
rer fruerer . Prælo meo subieci illud
igitur ; & interea , quo-nam heic matu-
re facto esset opus , tempestive per-
pendi . Usus me docuit , iuxtam li-
terati **Commentatoris** , alias viri , nil
de-

DEDICATIO.

deterioris, huic Editioni meæ nomen inscribendum esse, qui & in omni Eruditione potens, & in Antiquitate exercitatus, publice-que summo cum honore utilis esset: & ita tam egregium par, cum alterum alterius dignitate honorarem, tuin autem utrumque sua propria laude pro mea virili afficerem.

Te ergo peto, doctorum decus **C O N S T A N T I N E**: nobilissimo nomine tuo novā hanc exornare meam Editionem constitui: quoniam persuasus sum, neutiquam Librum hunc tam longe late-que divulgari posse, quin **C O N S T A N T I N I** nomen, verbo & facto in omni eruditione profecto Imperatoris, longius differri mereatur. Vera esse quæ dico, illi probe norunt, qui doctissimos tuos & utilissimos Commentarios rabbinicos legunt & intelligunt.

Porro, non est huius Libri tanta indignitas, qui non cum honore tuo nomen circumferre se-cum possit. Nam, licet ethnicus sit, & quædam conti-

DEDICATIO.

neat, quæ non nisi à bene munitis ingeniis legenda sunt : eam ipsam ob causam magni nominis indiget conductu, ne legentes aliud discant, quam **CONSTANTINI** vita & professio admittunt. Antiquitati semper, etiam propter ipsummet Paganismum, locus est relinquendus suus. Tribuit hic Liber alicubi Platonis, Pythagoræ, aliis, hoc impium dogma ; *Homines semper fuisse, neque rerum humanarum, vel naturæ huius, initium dari posse.* Quod ipsum calcar esse debet, quo Antiquitatem quisque eo magis & operosius excutiat & perlustret : non quo à profanis discamus sapere, sed ut in iis ob oculos habeamus semper à quo serio est cavendum.

Verum enim, non indiget heic me anagnoste Humanitas tua. Id nunc agitur, ut patrocinio tuo gaudere Laborem hunc meū faventer permittas, & eo referas hanc tui honoris usuram, quo à me est destinata; nempe, ut comperias, me velle me totum deberre amplissimæ Humanitati tuæ; me, inquam,

DEDICATIO.

inquam, qui viros vere doctos & humanos colere didici, & amare; &, quod non est humanum, id ab omnibus cordatis alienum esse, compertissimum habeo. Vale, vir amplissime, & reverende, literarum & pietatis eximium decus; quem optimus maximus rei publicæ, literariæ que, ut & propriæ familiæ bono, diu superstitem clementer faxit. Kalend. novembris. M DC XLII Greg.

*Nobilissimo
nomini tuo*

*eternum
devotus*

IOANNES MAIRE.

(?) 4

H E N-

HENRICUS LINDENBROGIUS

LECTORI

S.

 *T*, quid in hac nova Censo-
rini editione , à nobis præ-
stitum sit , candide Lector,
scias , sic habe . Sequuti
sumus Ludovici Carrionis, vi-
ri doctissimi , & acerrimi iudicii , exem-
plar Lutetianum . Nam id nobis con-
cinnius visum fuit . Multa tamen lo-
ca depravata atque mendosa , partim
ratione ipsa duce , partim beneficio Ger-
manicæ & Manutianæ editionis , qua-
rum hæc Venetiis , illa Rostochii pro-
diit , restituimus atque correximus . No-
tas insuper nostras adiecimus , maio-
re quidem labore , quam ingenii acu-
mine constantes : quæ tamen indicis vi-
ce fungi , & pene Commentarii instare es-
se poterunt , si loca auctorum passim à
nobis indicata , ipse inspicere operæ
preium esse duxeris . Quod si nostro
labo-

*labore tuum levatum esse senseris , be-
ne se res habet ; fin minus , cona-
tui saltem nostre fave.*

Vale.

(?) 5

SCRIT.

SCRIPTORUM VETERUM

De CENSORINO

TESTIMONIA:

Eiusq; Fragmenta.

Sidonius Apollinaris Epistol. ad Polemum.



Quod si aliquis secus atque assero, rem se habere censuerit, do quidem absens obtrectatoribus manus. sed noverint discrepancia sentientes, sententiam meam sine M. Varrone, sine Sereno, non Septimio, sed Sammonico, sine Censorino, qui de die natali illustre volumen confecit, non posse damnari.

Magnus Cassiodorus, in principio de arte Grammatica.

Sed quamvis auctores temporum superiorum de arte grammatica, ordine diverso tractaverint, suisque saeculis habuerint, ut Palaemon, Phocas, Probus, & Censorinus, nobis tamen placet in medium Donatum deducere.

Idem Cassiodorus in lib. de Musica.

Invenimus etiam Censorinum, qui ad Q. Cærellium scripsit de natali die: ubi quoniam

TESTIMONIA Scriptorum.

niam de musica disciplina , vel de alia parte
mathesis, non negligenda differuit, non inu-
tiliter legitur, ut res ipsæ penetrabilius ani-
mo frequenti moderatione condantur.

Idem ibidem.

Censorinus quoque de accentibus voci
nostræ ad necessariis subtiliter * disputavit,
pertinere dicens ad musicam: quem vobis in-
ter cæteros transcriptum reliqui.

* non in lib. de die natali , sed in libro de ac-
centibus.

Priscianus lib. primo.

Auctoritas quoque tam Varronis , quam
Macri, teste Censorino, nec k nec q neque h
in numero adhibet literarum.

Idem ibidem.

Quamvis & Censorino doctissimo artis
grammaticæ idem placuit.

Idem lib. quarto decimo.

Censorinus vero de his docet planissime
in libro quem de accentibus scripsit.

Idem ibidem.

Quod Censorinus quoque de accentibus
approbat, sic dicens : Super, præpositio est,
apud Virgilium primo Aeneidos:

Multa

TESTIMONIA SCRIPTORUM.
*Multa super Priamo rogitans, super Hectore
multa.*

Sallustius vero historiarum libro primo adverbium hoc protulit, *Vbi multa nefanda casus
super ausi atque passi.* Sed mihi videtur Sallustius quoque loco præpositionis hoc præpostere protulisse. sed Virgilius in quinto Æneidos dixit,

--- *satis una superque
Vidimus excidia.*

Adverbium sine dubio hoc in loco accipitur. Idem Censorinus hæc eadem subiungit. Post, est præpositio apud Virgilium in tertio Georgic.

Post montem oppositum.

Idem primo Æneidos adverbium,

Post mihi non simili pœna commissa luetis.

Ante, præpositio est. Virgilius in primo Georgic.

Ante Iovem nulli subigebant arva coloni.

at in tertio Æneidos adverbium,

Ante & Trinacria lentandus remus in unda.

Supra, præpositio. Virgilius in quinto Æneidos,

Olli cœruleus supra caput adstitit imber.

Adverbium, Terentius in Andria,

*Prope abest cum alicno more vivendum est
mihi.*

Ultra, præpositio apud Sallustium * in Iugurthino, Maurique yanum genus, ut alia Afri-
ca,

TESTIMONIA SCRIPTORUM.

ce, contendebant, Antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum iustos & egregios agere. Adverbium, Lego assidue, nihil ultra faciens. Hæc Censorinus, ut supra dixi, de accentibus tractans.

Cassiodorus Libro de Geometria.

Censorinus in libro, quem scripsit ad Q. Cærellium, spatia ipsa cœli, terræque ambitum, per numerum stadiorum distincta, curiositate descripsit. quem si quis recensere voluerit, multa philosophorum mysteria, ubi legerit, agnosceret.

SUMMA

	SUMMA CAPITUM
	<i>In</i>
	C E N S O R I N O.
C A P. I.	P refatio ad Q. Carellium. pag. 1.
II.	C ur Genio mero, & quomodo, sacrificatur? 9
III.	G enius quid sit? & unde-dicatur? 16
IV.	V arie opiniones veterum philosophorum de generatione. 25
V.	D e semine hominis; & quibus è partibus exeat? 35
VI.	Q uid primum in infante formetur? & quomodo alatur in utero? C ur mas aut femella nascatur? cur gemini? D e conformatione partus. 39
VII.	D e temporibus, quibus partus solent esse ad nascendum maturi; deque numero septenario. 44
VIII.	R ationes Chaldaeorum de tempore partus. item de Zodiaco & de conspectibus. 51
IX.	O pinio Pythagora de conformatione partus. 60
X.	D e Musica, eiusque regulis. 62
XI.	R atio Pythagora de conformatione partus confirmata. 68
XII.	D e laudibus Musica, eiusque virtute, item de

SUMMA CAPITUM.

- de spatio cœli, terraque ambitu, siderumque
distantia. 75
- XIII. Distinctiones etatum hominis, secundum o-
piniones multorum; deque annis climacteri-
cis. 81
- XIV. De diversorum hominum clarorum tem-
pore mortis: deque laudibus Q. Cærellii. 90
- XV. De tempore, & de aeo. 103
- XVI. Seculum, quid sit? ex diversorum definitio-
ne. itemque ex libris Ritualibus. 108
- XVII. Romanorum seculum, quale sit? de ludo-
rum secularium institutione, eorumque cele-
bratione usque ad Impp. Septimium & M.
Aurelium Antonium. item de die natali Q.
Cærellii. 111
- XVIII. De anno magno, secundum diversorum
opiniones. item de diversis aliis annis. de O-
lympiadibus, & lustris, & agonibus Capito-
linis. & quo anno hic liber scriptus sit? 127
- XIX. De annis vertentibus diversarum nationum.
140.
- XX. De anno vertente Romanorum, deque illius
varia correctione, de mensibus & diebus in-
terkalariis. de diebus singulorum mensum.
de annis Julianis. 146
- XXI. De historico temporis intervallo, deque ade-
lo & mythico. deque annis Augustorum, &
Ægyptiacis. & temporis, quo hec scripsit
Censorinus, designatio. 154
- XXII. De mensibus naturalibus & civilibus di-
ver-

- SUMMA CAPITUM.
*versarum nationum; deque eorum nominibus
& nominum rationibus.* 162
- XXIII. *De diebus, & varia dierum apud diver-
sas nationes observatione. item de solariis &
horariis.* 169
- XXIV. *De dierum Romanorum diversis parti-
bus, deque eorum propriis nominibus.* 174.

CENSO-

CENSORINI
LIBER
De
DIE NATALI.
AD Q. CERELLUM.

CAPUT I.

MUNERA ex auro vel quæ ex argento nitent, cælato opere, quam materia, cariora, ceteraque hoc genus blandimenta Fortunæ inhiat is, qui vulgo dives vocatur. Te autem, Q. Cerelli, virtutis non minus, quā pecuniarum divitem, id est, vere divitem, ista non capiunt. Non quod earum possessionem, vel etiam usum à te omnino abieceris, sed quod sapientiū disciplina formatus, satis liquido comperisti, huiusmodi sita in lubrico, bona malave per se non esse, sed τὸ μέσων, hoc est, bonorum malorumque media censi. Hæc, ut comicus ait,

— perinde sunt, ut illius est animus, qui ea possidet:

Qui uti scit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.

A

Igitur

Igitur quoniam quisque , non quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat, tanto est locupletior : opes tibi in animo maximæ , & cæ , quæ non modo bona generis humani præcedant, sed quæ ad deorum immortalium æternitatem penitus accedant. quod enim Xenophon Socraticus dicit : *Nihil egere , est deorum: quam minime autem , proximum à dis.* Quare , cum dona pretiosa neque tibi per animi virtutem desint, neque mihi per rei tenuitatem supersint, quodcumque hoc libri est, meis opibus comparatum , *Natalitii* titulo tibi misi. In quo non , ut plerisque mos est, aut ex ethica parte philosophiæ, præcepta ad beate vivendum, quæ tibi scriberem, mutuatus sum : aut ex artibus rhetorum locos laudibus tuis celebrandis persecutus: (ad id enim virtutum omnium fastigium ascendisti, ut cuncta, quæ vel sapienter monentur , vel facunde prædicantur, vita moribusque superaveris) sed ex philologis commentariis quædam quæstiunculas delegi, quæ congeste possint aliquantum volumen efficere. Idque à me vel docendi studio , vel ostentandi voto non fieri , prædico : ne in me, ut vetus adagium est, iure dicatur , *Sus Minervam.* Cum vero tuo collatu scirem, me plura didicisse, ne beneficiis tuis viderer ingratus, nostrorum veterum sanctissimorum hominum exempla sum secutus. Illi enim, quod alimenta , patriam,

triā, lucem, se denique ipsos deorum dono habebant, ex omnibus aliquid dīs sacrabant; magis adeo ut se gratos approbarent, quam quod deos iis arbitrarentur indigere. Itaque, cum perceperant fruges, antequam vescentur, dīs libare instituerunt: &, cum agros atque urbes deorum munere possiderent, partem quandam templis, facellisque, ubi eos colerent, dicaverunt: quidam etiam pro cetera bona corporis valetudine crinem deo sacrum pascebant. Ita ego, à quo plura in litteris percepi, tibi hæc exigua reddo libamina.

NOTE IN CAPUT I.

AD Q. Cærellium] Scribe *Cerellium*, & simplici. Ita enim est in Inscriptione veteri. Ian. Gruter. volum. inscript. pag. 241. In Pandectis Florent. L. sicut. 8. §. *Aristo. tit. Si servit. vindic.* Plin. lib. 2. Epist. 19. & lib. 4. Epist. 21. Spartian. in Severo.

Munera ex auro vel quæ ex arg.] Vitiosæ hæc in prioribus editionibus erant distinctæ: *m̄ calato* enim non cum *opere* coniungendum est, sed cum *auro & argento*.

Opere quam materia cariora] Id est, in quibus plus est in manus pretio, quā in re, ut Ulpianus inquit, *L. mulieris appellatione.* 13. §. *res abesse.* D. de Verbor. signif. vel, ut Paulus, *quorum pretium non in substantia, sed in arte est*

4 C E N S O R I N U S

positum. L. Labeo. 14. D. eod. tit. Nam cælatura argento pretium addit. *L. Ex argento. 13. D. de conduct. furt.* Cicer. lib. 1. ad Herenn. & in Paradox. Plin. lib. 33. in procœm. Argentum porro quod signis eminentibus refulget, *cælatum* dicimus. Ambros. lib. 2. hexaëm. c. 4. eique opponitur *argentum purum*. *L. Si in rem. 6. D. de rei vindicat.* Ambros. l. 3. epist. 12. *Cælatas inhabitant domos, & cælato argento delestantur. Sordet enim illis purum argentum.* Vide Martial. l. 4. epig. 39. cuius epigrammatis aculeus latet in ultimi versus voce *Purum*.

Blandimenta Fortunæ] Solin. c. 4. *Quibus gemini* (*κυωδοντες*) *procedunt ab dextera parte, Fortuna blandimenta promittunt.* Cicero in paradoxo 1. *Ludibria Fortuna vocat.*

Earum possessionem] Ut nonnulli Philosophorum, Democritus nimirum, teste Seneca, lib. Cur bonis-viris mala fiant. cap. vi. Crates, Diogen. Laërt. lib. vi. in Cratete. Origen. lib. 2. contra Cels. pag. 86. & alii. Reprehensi ob id à Philone Iudeo lib. *πειθης θεωρητ.* pag. 611. V. Suid. in *Αὐαξαγόρεις*.

Sed *πειθων*] Quæ Græci *μέσων*, Latini *media* vocant. Seneca epist. LXXXII. Dicuntur & *αἰλαύφοροι*. Gell. lib. 11. cap. vii. & lib. 9. c. 5. Suid. in *Οὐμε.* Zeno apud Athen. lib. vi. Dipnosoph. pag. 233. Arrian. l. 2. dissert. c. 9. & c. 19. *Indifferentia.* Cicer. lib. 3. fin. Ambros. lib. de Noë & arca. c. 32. in

in fine. Senec. dict. epist. 82.

Ut Comicus ait] Terent. Heautont. Act. 1. Scen. ii. Cui consentit Apul. lib. 2. de philosophia, de iisdem bonis, cum inquit: *Sapientibus, & cum ratione ac modo viventibus, sunt sane bona; stolidis, & eorum usum ignorantibus, oportet esse mala.*

Non quanto plura] Dionysius Halicarnasseus lib. v. antiquit. Roman. pag. 315. eandem sententiam his verbis expressit: οὐ πλέοντι σχέσι ὁ πόλεμος πεκτυμένος εἰσίν, αἱλαρά μηχανῶν δενοσέμενος. Et Valer. Maxim. lib. iv. cap. 111. Fabricium Luscinium laudans, *Locupletem* (inquit) illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Cui geminum illud Apuleii Apolog. pag. 347. *Is plurimum habebit, qui minimum desiderabit; habebit enim quantum volet, qui volet minimum.* Quod effictum ex illo versu apud Senec. epist. 108. *Quod vult habebat, qui velle, quod satis est, potest.* Vide quoque Augustin. lib. 7. de civit. Dei. c. 12.

Xenophon] Xenophontis verba sunt lib. 1. Δοτομηνη. pag. 577. ιγώ δὲ νομίζω, τὸ μὴ μηδενὸς θέεθη γειον εἴναι, τὸ δὲ ως ἐλαχίσων, ιγυστάτω γέγεις. Xenophonti congruit Apuleius in Apologia, cum inquit: *Evidem didici, ea re precedere maxime Deos hominibus, quod nullare ad usum sui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus sit, eum esse Deo similiorem.* Vide quoque quid Socrates hac de re dicat,

referente Diogene Laërtio lib. 2. in ipsius vita. Et Suidas in *κωνισμός*.

Natalitii titulo] Eodem titulo Lucianus suum *ῳδὶ μαρτυρίων* libellum Quintillo, & Dionys. Halicarn. itidem suum *ῳδὶ σωθέσεως ὀρομάτων* filio suo dedit. Mos vero antiquissimus, ut amici invicem & clientes patronis die natali munera mitterent. Exempla passim obvia. Plaut. Pseudolo, Act. 1. Scen. Exite. Terent. Phorm. Act. 1. Sc. 1. Symmach. lib. 1. epist. xi. & lib vi. epist. XLVII. LXXX. & LXXXI. Petron. Arbiter : *Vestimenta mea cubitoria perdidit, qua mihi natali meo donaverat cliens quidam.* Plin. lib. iv. epist. ix. Martial. lib. VII. Epig. 64. in Clytum. Juvenal. Sat. IX. L. sed si vir. 31. §. si vir uxori munus. D. de donat. inter vir. & uxor. L. inter donum. 194. D. de verb. signif.

Sus Minervam] *Sus Minervam, in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cuius ipse inscius est.* Festus lib. XVI. Utitur eodem Cicero lib. IX. Epist. famil. XVII. *Veni igitur, si vir es, & disce iam ἀρεγλεγομένας, quas queris, et si sus Minervam.* Idem lib. I. Acad. quæst.

Itaque cum perceperant fruges] Plin. lib. XVI. cap. II. *Ac ne degustabant quidem (prisci Romani) novas fruges, antequam sacerdotes primicias libassent.* Idem lib. 4. c. 12. circa fin. Tibull. l. 1. Eleg. *Et quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatum agricola ponitur ante Deo.*

Deo. Adi Fest. in Calpar & Sacrima. Suid. in θερμήσια. Porphyr. Lib. 11. οὐδὲ δέοντος. εἰμι. pag. 30. Et Iudæis quidem mandatum fuit, primitias frugum offerre. Exod. 23.19. &. 34. 26. Christiani vero usū id retinuisse videntur. Canon. Apost. 4. ubi Ioh. Quintinus ὀπωρέας male interpretatur Decimas: rectius & meliore fide Poma, vetus versio in Corp. Canonum & Isidori collectione.

Partem quandam templis] Aggen. Urbic. de limitibus agror. pag. 73. & sequent. Apuleius itaque Aemiliani impietatem & ingratitudinem merito accusat Apolog. pag. 377, his verbis: *Iste vero nec diis rurbationis, qui eum pascunt ac vestiunt, segetis* (sic enim legendum, non segetes) *ullas, aut vitis aut gregis primitias impartit, nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus aut lucus consecratus.* Horatius religiosior Lib. 111. Ode xxii 1. Dianæ in villa sua pinum consecrat.

*Imminens villa tua pinus est,
Quam per exactos ego latus annos
Verris, obliquum meditantis ictum,
Sanguine donem.*

Græcilocum in agris diis sacrum οἴγαδα appellant. Poëlux lib. 1.

Crinem Deo sacrum pascebant] Videtur huius moris origo fluxisse à Naziræis Iudæorum, de quibus agitur Numer. vi. Pascebatur autem crinis, vel praefectus consecrabatur,

tur, aut Diis, aut fluminibus. Vid. Pollucem lib. 11. c. 5. DIIS, ut Apollini, qui inde Κυριεσφόρος dictus. Eustath. in E. Iliad. pag. 124. & Iliad. l. pag. 1403. Plutarch. in Theseo pag. 5. Varro apud Nonium Marcell. in Cirros. Itaque (inquit) *Ambracia primum capillam puerilem demptum, item cirros ad Apollinem panere solent.* Theophr. in Charact. eth. tit. φέρι μικροφίλοιμίας. Huc pertinet locus Theodoreti Quæst. 28. in Levitic. εἰώθαστε Εὐλιωες μὴ δοπούρειν τὸ παιδῶν τὰς κερυφὰς, ἀλλὰ μᾶκλον ἔχη τὰς μαλλὰς, καὶ τάττες μὲν χρόνον αναπτύγεα τοῖς σλαμοσιν. Adde Tertull. de anima cap. 39.

B A C C H O. unde Virgil. lib. vii. Aeneid.

Telusfrare choros, sacrum tibi pacere crinē.

Et Arrian. in Indicis pag. 173. narrat, Liberum patrem Indos docuisse κεράν τῷ θεῷ. AEsculapio. Martial. lib. ix. Epig. 17. & 18. HYGIÆ. Pausan. in Corinth. pag. 54. DIANÆ. Suid. in θλόγρῳ.

M I N E R V A. Stat. lib. 11. Thebaid.

— hic more parentum

*Iasides, thalamis ubi castra adolesceret aras,
Virgineas libare comas, primosque solebant
Excusare thoros.*

Vid. Lactant. ibid.

Aut alii cuiquam Deorum denique. Lukan. de Dea Syria in fin. Dion Chrysost. Orat. in Celæn. Phryg. πολλοὶ γὰρ οἱ θεοὶ διὰ θεόν

παντομάστις ἀνθερωπος. Diphilus Comicus apud
Athen. lib. vi. pag. 225.

Ἐγένετο γὰν ἐσιν τις θερηκούσκος
Κέμβης τεσέφων μὴν πεῖπον οὐρανὸν δέεται,
Ως φησιν, καὶ δῆλο τόπο γάλλον εἰσιγμένον.
Πρὸς μετώπην θραπέπτασθε αὐτῶν ἔχει.

FLUMINIBUS, ut Achilles Sperchio apud
Homer. Iliad. 23. & Philostr. lib. iv. de vita
Apollonii cap. v. Ajax Ilisso. apud eund. in
Heroicis in Aiace. Vide omnino de hoc ritu
Pausaniam in Attic. & Eustath. in Homerum,
locis supra citatis. Hadrian. Iunium in lib. de
Coma c. 4. Ioh. Guliel. Stuck. lib. i. antiquit.
convival. c. 17. Pet. Gregor. Tholosan. lib. 2.
partition. Iur. Canon. tit. 9. c. 7.

C A P U T I I .

Nunc, quoniam de die Natali liber inscribitur, à votis auspicia sumantur. Itaque hunc diem, quod ait Persius,

--- *numera meliore Lapillo.*

idque quam sēpissime facias exopto: & quod idem subiungit,

Funde merum Genio.

Hic forsitan quis querat, quid causæ sit, ut merum fundendum Genio, non hostiam faciundam, putaverit? quod scilicet, ut Varro testatur in eo libro, cui titulus est ATTICUS, & est de numeris, id moris institutique maiores nostri tenuerunt, ut, cum die natali munus

A 5 annale

annale Genio solverent, manum à cæde ac sanguine abstinerent, ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis dererent. Denique Deli, ad Apollinis genitoris aram, ut Timæus auctor est, ne mo hostiam cædit. Illud etiam in hoc die observandum, quod Genio factum neminem oportet ante gustare, quam eum, qui fecerit. Sed & hoc à quibusdam sæpe quæsitum, solvendum videtur, quid sit Genius, curve eum potissimum suo quisque natali venereimur.

IN CAPUT III.

DE die natali liber inscribitur] *Natalis* interdum absolute ponitur, interdū adiicitur vocula *dies*, ut notat Servius ad Virg. Eclog. 3. Dicitur & *genitalis*. Tacit. lib. 16. annal. *Furatus etiam libellos, quibus dies genitalis eius, & eventura, secretis Pammenis occultabantur*. Item Lux annua. Gell. lib. 19 c. 9. Est autem dies natalis, quo quisque natus est. Tribuitur non hominibus solum, sed Diis quoque. Ut apud Arnob. lib. vii. *Telluris natalis est*; *Di enim ex uestris producunt, & habent dies latos, quibus eis asscriptum est, auram usurpare vitalem*. Idem eod. lib. *Dies nobis natalitii sunt, & potentias cœlites, dies autumant habere natales*. Et URBIBUS. L. omnes dies. 2. C. Th. de fer. & L. 7. C. Iust. eod. tit. Plin. lib. xviii. cap. 26. Plutarch. Romul. pag. 42. Sozomen. lib. v. hist. ecclesiast.

fiaſt. cap. xvii. Augustin. in psal. 39. *Noli ergo numerare turbas hominum, incidentes latae vias, implentes crastinum Circum, civitatis natalem clamando celebrantes; civitatem ipsam male vivendo turbantes.* Et COLONIIS. Cic.lib. iv. ad Attic. Epift. i. Imo quo die vel dignitas aliqua collata, vel quid lati faustique evenerat, eum Natalem antiqui vocabant. Sic *Natalis imperii*, d. l. 2. C. Th. de fer. *Adoptionis*. Spartian. in Adriano. *Reditus*. Cic.lib. iii. ad Attic. Epift. xx. & in ea pro P. Sext. *Navigationis*. Veget. lib. iv. de re milit. cap. 39. quo mare τὸν οὐρανὸν est, ut Theophrastus inquit in Charact. eth. tit. ἡ θεολογίας. *Vindemia*. B. Maximus in homil. i. in natali D. Cypriani. in pr. Sancti, inquit, *Cypriani festivitatem, sicut omnibus notum est, hodie celebramus, & natali, sicut dicunt, imminentem vindemiam* (lege *vindemiam*,) *natalem eius martyrii procuramus. Calicis*. id est, dies cœnæ Domini. Paschasius Abbas Corbeiens. in lib. de sacrament. corpor. & sanguin. Domini. c. ii. *Sacrorum*. Apul.lib. ii. pag. 292. *Exhinc (inquit) festivissimum celebravi natalem sacrorum, & suaves epula, & faceta convivia.* Qui locus merito notandus, quod ritus Christiani Episcopi idem sint imitati, quotannis diem Ordinationis suæ celebrantes. Testis Hilarius Papa in Epistola ad Tarraconenses Episcopos, quæ extat in Isidori Collect. concil. part. i. D. Augustin. serm. xxxii. de

de verbis Domini in fin. Sidon. Apollin. carm. xvii. Nam de die natali Ordinationis illud carmen accipiendum , non de die nativitatis, de quo est carmen xx. *Martyrum vero natales* cum legimus , intelligendi sunt , non qui lucis auspicia , sed qui martyrii coronas protulerunt , ut Pet. Chrysolog. loquitur serm. 129. Vid. Glossar. in Cod. LL. Antiquar. Ioh. Guliel. Stuck.lib. i. antiquit. convival. c. 16.

Quod Persius ait] Persf. Satyr. 2.

Meliore lapillo] Id est, candido , more Thrace gentis. Non quod illa diem natalem celebret , (deplorat enim Herodot. lib. v. pag. 330. Mela l. 2. c. 2. Solin. cap. xvii. Valer. Maxim. lib. ii. cap. vii. Archias poëta inter Epig. Græc. lib. i. cap. xi. iii.) sed quod calculorum colore , dies felices ab infelicitas distinguat. Plin. lib. viii. cap. xl. Zenob. in adagio , πὰς ἐν τῇ Φαρέτεᾳ ψηφίδας . Suid. in λαλὴν ἡμέρα.

Idque quam sœpissime facias exopto] Solenne votum. Dionysf. Halicar. πέχη. tit. μεθοδ. γνωθλ. ἐν τάτῳ ᾧ γνώμηνοι, σὸν δὲ τρόπῳ ἀν ποιοῦμεν, καὶ δι' χάρμηνοι τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τοῖς γνεθλίοις, τελεῖ δὲ μέλονται βίσ, καὶ δὲ αἰμεῖνα δὲ παρεληλυθόται γνέθη τετον, καὶ πολλοὶ τελοθύταις χρόνων πελέσανται εἰς λιπαρὸν καὶ εὔθαυμον γῆρας παρελθεῖν. Plin. lib. io. Epist. 93. Tibull. lib. i. Eleg. 7.

At tu natalis multos celebrande per annos

Candidior semper, candidiorque veni.

Adde Symmach. lib. vi. epist. 80. 81. 82. Ovid. lib. 111. Trist. Eleg. 13. & lib. v. Trist. Eleg. v. Propert. lib. 111. Eleg. x.

Funde] Proprie loquitus est. *Fundere* enim est supina manu libare: quod fit in sacris supernis. *Vergere* autem est conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur: quod in infernis sacris fit. Serv. lib. vi. Aeneid. Fundebatur autem merum non in aram solum, sed & in ipsum caput Genii. Tibull. lib. i. Eleg. vii. & lib. 11. Eleg. 11.

Hostiam faciundam] *Facere pro maestare, ut etiam Græci ἀγαν & φέγειν.* Athen. lib. 14. p. 660. οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν ἀγαν αἰνόμαζον. V. Ioh. Stephan. Durant. lib. 2. de ritib. Ecclesiæ Cathol. c. 3. nu. 2.

Merum] Mero addebatur thus socium; itemque corollæ. Ovid. lib. 111. Trist. Eleg. 13. & lib. v. Trist. Eleg. v. Genio sacrificans, inquit:

*Da mihi thura puer pingues facientia flammæ,
Quodque pio fusum stridat in igne merum.*

Tibull. lib. i. Eleg. vii:

— *Geniumque choreis*

Concelebra, & multo tempora funde mero.

Illiū è nitido stillent unguenta capillo,

Et capite & collo mollia fert agerat.

Idem

Idem lib. 11. Elegia 11. Horatius lib. 11.
 Epist. 1. Laetant. lib. 11. Instit. div. cap. xv.
 Pertinet huc quoque L. Nullus. 12. C. Th. de
 pag. sacrif. quam corruptam ita interpungo
 legoque: *Nullus omnino ex quolibet genere, ordi-*
ne, hominum, dignitatum, vel in potestate positus,
vel honore perfunctus, sive potens forte nascendi, seu
humilio genere, conditione, fortuna, in nullo peni-
tus loco, in nulla urbe, sensu carentibus simulacris,
vel insontem victimam cedat, vel secretiore piaculo
Larem igne, mero Genium, Penates odore venera-
tus, accendat lumina, imponat thura, ferta sus-
pendat.

Genio solverent] Mares quidem Genio,
 fæminæ vero Iunoni. Tibul. lib. iv. E-
 leg. 6.

Natalis Iuno sanctos cape thuris honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.

Vid. Senec. Epist. 110.

Ne die qua ipsi lucem accepissent, aliis de-
 merent] Atque ideo Parilibus, quibus Ro-
 ma condita, hostia non cædebatur. Plutarch.
 in Romulo pag. 42. Solin. cap. 11. Et prima
 dies *Quinquatruum*, quod ea die nata Mi-
 nerva erat, sanguine vacabat. Ovid. lib. 111.
 Fast.

Vna dies media est, & fiunt sacra Minerva:
Nominaque à iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro;
Causa, quod est illa nata Minerva die.
 Vesce-

Vescebantur autem in natalitiis pulte fitilla. Plin. lib. xvii. cap. viii. Et hodie (inquit) *sacra prifica atque natalium pulte fitilla conficiuntur*. Et libis; de quibus amicis absentibus mittebant. Ovid. lib. i. Amor. Eleg. viii.

Cum tibi deficient poscendi munera cause,

Natalem libo testificare tuum.

Idem lib. i. de arte amandi :

Quid quasi natali cum poscit munera libo?

Et quoties opus est, nascitur illa sibi?

Tibull. lib. i. Eleg. viii. & lib. 2. Eleg. 2. Sed ut Varroni, cuius testimonium auctor noster profert, facile concedo, priscos illos die natali suo à cæde & sanguine temperasse: ita posterioribus temporibus haut usquequam id observatum fuisse, multis exemplis docere possum. Nam Horatius lib. iv. Ode xi. Phylliden ad natalem Mæcenatis celebrandum invitans, ait;

Ridet argento domus: araa, castis

Vincta verbenis, avet immolato

Spargier agno.

Et Lamprid. in Alexand. Severo inquit : *Cum natalem diem commendaret, hostia cruenta effugit: & ut se civiliter gerebat, ac permixtus populo erat, albam eius vestem, cum qua constiterat, cruentavit.* Spartan. in Ant. Geta. *Nam (inquit) cum infantis Getæ natalem Severus commendare vellet, hostiam popa nomine Antoninus percussit.* Sic Pharao die natali pistorum praefectum suspen-

suspendi, Gen. 40, & Herodes Iohannem Baptistam Christi metatorem decollari iussit. Marc. 6. 27.

Deli ad Apollinis] Cloatius Verus apud Macrob. lib. i 11 Saturnal. cap. vi: *Deli ara est apollinis γη ἐπεργά, in qua nullum animal sacrificatur: quam Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt.* Vid. Diogen. Laërt. lib. viii. in vita Pythag. Iamblich. de vita Pythag. lib. i. cap. v. & vii. Clem. Alexand. Stromat. vii. pag. 304. Porphyr. lib. ii. τοῖς δόποις. ἐμψύχ. pag. 28. θεωρίου δὲ εἰνὶ ἡ καὶ τοῖς Δῆλον ἐπ τῷ σωζόμενός βαμύ. ταῦτα ὅντες ταῦτα σωζόμενά περ αὐτοῖς, γέδε γνομένά ἐπ' αὐτοῖς ζών, ἐνσεῖσαν κέκληται βαμός. Hadrian. Iunium lib. i. animadvers. c. 21.

C A P U T III.

GEnius est Deus, cuius in tutela, ut quique natus est, vivit. Hic, sive quod, ut genamur, curat, sive quod una genitur nobiscum; sive etiam, quod nos genitos suscipit ac tuerit: certe à genendo Genius appellatur. Eundem esse Genium & Larem, multi veteres memoriae proddiderunt: in queis etiam Granius Flaccus in libro, quem ad Cæfarem de Indigitamentis scriptum reliquit. Hunc in nos maximam, quin immo omnem habere potestatem, creditum est. Nonnulli binos Genios in iis duntaxat domibus, quæ essent maritæ,

maritæ, colendos putaverunt. Euclides autem Socratus duplicitm omnibus omnino nobis Genium dicit appositum : quam rem apud Lucilium in libro Satyrarum nono licet cognoscere. Genio igitur potissimum, per omnem ætatem quotannis sacrificamus . Quanquam non solum hic, sed & alii sunt præterea dii complures, hominum vitam, pro sua quisque portione, adminiculantes : quos volentem cognoscere, Indigitamentorum libri satis edocebunt. Sed omnes hi semel in unoquoque homine numinum suorum effectum repræsentant ; quocirca non per omne vitæ spatum novis religionibus arcessuntur. Genius autem ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat ; sed ab utero matris exceptos, ad extremum vitæ diem coimitetur. Sed cum singuli homines suos tantummodo proprios colant natales ; ego tamen duplii quotannis officio huiuscce religionis adstringor. Nam, cum ex te tuaque amicitia honorem, dignitatem, decus, atque præsidium, cuncta denique vitæ præmia recipiam ; nefas arbitror, si diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebravero : ille enim mihi vitam, hic frumentum vitæ atque ornamentum peperit.

IN C A P U T III.

GEnius] De Geniis non una fuit veterum opinio. Plerique enim Philosophorum & Theologorum eos inter Deos sive dæmonas recensuerunt. Plutarch. lib. i. de placit.phil.cap.viii.& lib.de Iside & Osirid. p.643. Tertull. Apolog. cap.xxxii. & lib. de anima cap. xxxix. Laetant. lib. ii. cap.xv. Et Varro quidem (teste D. Augustino lib. vii. de civit. Dei. cap.ii.) inter Deos selec̄tos eos numerat; Seneca autem Epist.cx.& Martian. Capell.lib.ii. Philol.inter Mediomacimōs , sive de plebe Deos. Alii animum cuiusque suum, sive τὸ οὐρανὸν ἔκαστον, Genium dixerunt. Pappus Alexandrin. ex Trismegisti Panareto. ὁ δάιμων φυχῆς, καὶ τέσπε, καὶ Φρεσνήστεις, καὶ Διωνασίας πάσις κύριος τογχάνει. οὐτοὶ δὲ τὴν τὸν αἰγαῖον περιέξεις λόγον συνειχεῖ. Vid. Dion. Chrysost. orat. iv. αἰγαῖον βασιλ. & orat. αἰγαῖον δάιμον. Apul. de Deo Socrat. Prudent. contra Symmach. D. August. lib.vii.de civit. Dei cap. xiiii. Suid. in Εὐδαιμονίᾳ. Alii τὸν ἔκαστον τύχην. ut Flavius Sosipater Charissius lib. i. Institut. Grammat. pag. 26. & Glossar. Henr. Stephani. p.641. Τύχη ἔκαστον αὐθεώπε. Genius. Unde quod Latini iurare per Genius Cæsaris (per illum namque iurare solebant. L. si duo. 13. §. si quis iuraverit. D. de iure iur. Tertull. apolog. c. 32. & lib. ad Scapul.

pul. c. 2.) id Græci ὄμοιόν τινὶ καί οὐρανῷ νύχτιον dicunt. Dion. Cass. lib. 44. p. 275. As-signabatur autem Genius cum Diis, (unde in veteri quadam inscriptione, *Genius Plutonius*, & apud Petron. arbitr. *Genius Priapi* legitur. *Genius Salutis*, in nummo Severi Imp.) tum hominibus; iisque non singulis tantum, sed etiam regionibus & populis integris. Symmach. lib. x. Epist. 61. *Vt anima nascentibus, ita populis natales Genii dividuntur.* Quod firmare videntur sacræ literæ Exod. xiv. 19. Daniel. x. 13. B. Hieronym. ibid. Actor. xii. 16. D. Hilarius in Psalm. 129. Clem. Alexand. lib. 6. Strom. p. 294. ibi. κατά την γένεσιν την καὶ πόλεις νενέμενην τὴν αγγέλων αἱ σεργαστίαι. Isidor. Pelusiot. lib. 2. Epist. 85. Ioh. Cassian. collat. 8. c. 13. V. Pet. Fabrum lib. 1. Semest c. 9. Ioh. Bodin. lib. 4. theat. nat. p. 530. Genebrad. in psal. 84. In-de in veteribus nummis & inscriptionibus. GEN. P. R. id est, Genio populi Romani. Servius in fragmentis. GENIUS POP. ROM. SIVE MAS SIVE FÆMINA. Et Urbibus. Arnob. lib. 1. Et illi cati, sapientes, prudentissimi vobis videntur, nec reprobationis ullius, qui Faunos, qui Fatuas, civitatumque Genios, qui Passos reverentur atque Bellonas. Item Coloniis, Municipiis, Pagis, Decuriis, Exercitiis, Cohortibus, Fontibus, Horreis, imò quibusvis locis, ut inscriptiones antiquæ

20 CENSORINUS
passim indicant, & Tertullian.lib.de Idolat.
cap. xxii. docet. Item Prudent. contra
Symmach. his verbis:

*Quanquam cur Genium Roma mihi fingitus
unum,*

*Cum portis, domibus, thermis, stabulis, soleatis
Assignare suos Genios? perque omnia membra
Urbis, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab um-
bra?*

Quin etiam parasiti reges suos Genios vo-
citarunt. Plaut. Captiv. Sic. *Quanto in pectore.*
Summa, Genius cuique rei tribuitur, estque
id, quo illa maxime valet, polletque. Sic Ge-
nius libri. Martial.lib.vi.Epig.60.

Victurus Genium debet habere liber.

Et *Genius fama*. Idem lib.vii.Epig. xi.

Ludimus innocuis verbis, hoc iuro potentis

Per Genium fama, Castalidumque gregem.

Genius segetis. Iul. Firm. lib. i. cap. i. in fin.

Genius Mathematici. Juvenal. Sat.vi.

*Nemo mathematicus Genium indemnatus ha-
bebit.*

Sic *Genius corporis*. Ennod. Panegyr. Theo-
dorico dicto. Et *Genius vigoris ecclesiastici*. Gre-
gor. Magn.lib.vii. Epist.lxxxii. Item *Genius*
ligni. Rufin.lib. ii. ecclesiast.hist. c. 22. *Ge-*
nius sacri fulcri. Juvenal. Sat. 6. *Genius sexus*.
Flav. Vopisc. in Carino.

*Ut genamur curet] Notanda etymi triplex
ratio.*

ratio. Prima. Genius dicitur, quod, ut gignamur, curet. Hinc Laberius apud Nonium Marcell. *Genius generis nostri parens.* Et Aufustius citante Festo, *Genius est (inquit) deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea Genius meus nominatur, quia me genuit.* Augustin. quoque lib. viii. de civit. Dei cap. xiii. *Quid est Genius? Deus est, qui prepositus est, ac vim habet, omnium rerum gignendarum.* Atque inde *Genialis lectus*, qui sternebatur in nuptiis, in honorem Genii. Fest. & Virgil. lib. vi. *Aeneid.*

--- lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.

Quo loco Servius: Geniales propriè sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti à generandis liberis.

Una genitur nobiscum] Altera etymi ratio, de qua vide Apul. de Deo Socrat.

Genitos suscipit] Tertium etymon, de quo paulò inferius.

*Eundem esse Genium & Larem] Idem affirmat Apul. de Deo Socratis. his verbis: *Demonas vero, quos Genios & Lares possumus nuncupare, ministros Deorum arbitratur, custodesque hominum, & interpretes si quid à Diis velint.**

De Indigitamentis] Indigitamenta, i.e. genitae bilicia. Gloss.

*Quæ essent maritæ] Sic Livius quoque lib. xxvii. *maritas domos* dixit. Vagabatur enim*

(Philippus Macedonum rex) cum uno aut altero comite per maritas domos noctesque.

Euclides autem Socraticus duplice] Idem sensit Empedocles apud Plutarch. *ωέι ἀγρυπλας* pag. 842. & Menander , cuius versus extant apud Clement. Alexand. Strom. v. pag. 253. & 260 Stob. in Eclog. phys. lib. i . cap. ix. Ammian. Marcellin. lib. xxii. Scholiast. Theocrit. Eidyl. 2.

*Αἴτων τι δάίμων αὐτεῖ συμπαρείστα³)
Εὐθὺς γενομένω, μυσταγωγὸς οὐδείς,
Αἰσθός· κακὸν γὰρ οὐ γενισέον
Εἶναι, Σίον Βλάπτοντα γένεσιν.*

Vide in hanc rem Act. Apost. cap. xii. 15. Tertull. de anima c. 37. & ibid. Pamel. & cap. xxxix. Iustin. Mart. *Δοκείστης*. *ωέις οὐδείς*. quæst. 30 Origen. sup. Numer. homil. xx, & lib. 3. *ωέι αἴρχ.* c. 2. Hieronym. in Matth. cap. xviii. & in Isaiam c. 66. Augustin. Soliloq. cap. 27. Lactant. lib. ii. cap. xv. Io- han. Cassian. collat. 13. c. 12. Burchard. Wormat. episcop. lib. 20. decret. c. 46. & 47. Pet. Lombard. l. 2. Sentent. dist. 11. Ar- changel. Burgonens. interpret. in Cabalistar. dogmata p. 779. Servium in illud Virgilii lib. vi. *Quisque suos patimur Manes.* Quem autem Menander *μυσταγωγὸν*, hunc Plato, teste Cle- mente Alex. Strom. v. pag. 253. *φύλακα*, uti & Hesiodus Oper. & die.

Tet

Τοι μὴν οἰαίμονες εἰσὶ Διὸς μεμάλιχοι ἀλλὰ βυλᾶς
Εὐθλοῖ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θυητῶν ἀνθρεπῶν.
Et Apul. lib. de Deo Socrat. Arian. lib. i.
dissert. cap.xiv. ἐπίτεον. Seneca Epist. cx.
Pedagogum. Censorinus paulò inferius, *Affiduum observatorem.* Martianus denique Ca-
pella lib. ii. philol. *Præstitem, & Tutelatorem,*
fidiissimumque germanum appellat. Si quis plu-
ra de Geniis scire cupit, videat Lil. Gregor.
Girald. Syntag. 15 hist. deor. Constantini
Landi explication. veter. numismat. Guliel.
du Choul discours de la religion des anciens
Romains. Antoine le Pois discours sur les
medalles. Vincent. Cartarium de imagin.
Deor. Georgii Pictorii theolog. mytholo-
g. c. 31. Henr. Cornel. Agripp. lib. 3. de
occulta philosophia. c. 20. 21. & 22. Blas. Vi-
gner. annot. in Livium p. 665. Inst. Lips. lib.
i. Physiol. Stoicæ. c. 19. Philip. Camerar.
cent. 2. succis. c. 14.

Sed & alii sunt præterea Dii] De quibus
videndus D. Augustin. lib. vii. de oivit. Dei
cap. ii. & iii.

Duplici quotannis officio] Sic Horatius
quoque lib. iv. Ode xi. Mæcenatis natalem
celebrat. Et Augustus Imp. sibi persuasum
habebat, natalem suum à Caio nepote suo
celebratum fuisse. Gell. lib. xv. cap. vii. Nec
vix tantummodo hoc officii genus ab ami-
cis exhibebatur, sed etiam defunctis: idque

interdum sponte, ut de Silio Italico poëta summo, Virgili natalem religiosius quam suum celebrante, apud Plin. lib. 111. Epist. viii. legimus. Interdum ex voluntate defuncti, constitutis in eam rem annuis redditibus; ut ex testamento Epicuri liquet, apud Diog. Laert. lib. x. in vita Epicuri. Cicer. lib. 11. de finib. Marciano IC. L. *cum quidam.* 23. D. de ann. leg. & antiquis inscriptionibus; quarum vel unam ex multis retulisse suffecerit, ex libro Inscript. à Iano Grutero collectarum p. 414. Vide quoque Hieronym. Magium lib. 2. miscell. c. 2. & Joh. Guliel. Stuck. lib. 1. antiq. convival.

P. 33.

T. FUNDILIO GEMINO VI. VIR. AVG.
MAG. IVV. AVGUSTALES PATRONO ET
QVINQ. PERPETVO OPTIME MERITO.
HIC ARCAE AVGUSTALIVM SE
VIVO H-S. XX. DEDIT. VT EX RED-
DITV EIVS SVMMAE DIE NATALI
SVO IIII. K. FEBR. PRÆSENTES
VESCENTVR. ET OB DEDICA-
TIONEM STATVÆ DECVRIONIBVS
ET SEVIRIS, ET IVVENIBVS SPOR-
TULAS, ET POPVLO EPVLVM ET
OLEVM EADEM DIE DEDIT.

CAPUT

CARUT IV.

AT, quoniam ætas à die natali initium sumit, suntque ante hunc diem multa, quæ ad hominum pertinent originem: non alienum videtur de his dicere prius, quæ sunt natura priora. Igitur, quæ veteribus de origine humana fuerint opiniones, ex his quædam breviter exponam. Prima & generalis quæstio, inter antiquos sapientiæ studiosos versata est; quod, cum constet, homines singulos ex parentum seminibus procreatōs, successionē prolis multa sacula propagare; alii, semper homines fuisse, nec unquam nisi ex hominibus natos, atque eorum generi caput exordiumque nullum extitisse arbitrati sunt: alii vero fuisse tempus, cum homines non essent, & his ortum aliquando principiumque natura tributum. Sed prior illa sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur, auctores habet, Pythagoram Samium, & Ocellum Lucanum, & Archytam Tarentinum, omnesque adeo Pythagoricos. Sed & Plato Atheniensis, & Xenocrates, & Dicæarchus Messenius, itemque antiquæ academiæ philosophi non aliud videntur opinati. Aristoteles quoque Stagirites, & Theophrastus, multique præterea non ignobiles Peripatetici, idem scripserunt eiusque rei exempla dicunt, quod negant omnino posse.

B 5

repe-

reperi, aveſne ante , an ova generata ſint; cum & ovum ſine ave, & avis ſine ovo gigni non poſſit. Itaque & omnium, quæ in ſem-
piterno iſto mundo ſemper fuerunt, futura-
que ſunt, aiunt principium fuſſe nullum; ſed
orbem eſſe quemdam generantium, naſcen-
tiumque , in quo uniuſcuiusque geniti ini-
tium ſimul & finis eſſe videatur. Qui autem
homines aliquos primigenios divinitus na-
turave factos crederent , multi fuerunt, ſed
aliter atquè aliter in hac estimatione verſati.
Nam ut omittam , quod fabulares poētarum
historiæ ferunt , homines primos aut Pro-
methei molli luto eſſe formatos, aut Deuca-
lionis Pyrrhæque duris lapidibus eſſe natos;
quidam ex iſpſis ſapientiæ professoribus, ne-
ſcio an magis monſtroſas , certe non minus
incredibiles rationum ſuarum proferunt o-
piones. Anaximander Milesius, videri ſibi, ex
aqua terraue calefactis exortos eſſe , ſive
piſces, ſive piſcibus ſimillima animalia: in hiſ
homines concreviſſe, fetuſque ad puberta-
tem intus retentos: tum denum, rupti illis,
viroſ, mulieresque , qui ſe iam alere poſſent,
processiſſe. Empedocles autem egregio ſuo
carmine , quod eiuſmodi eſſe prædicat Lu-
cretius,

Vt vix humana videatur stirpe creatus,
tale quiddam conſirmat. Primò membra ſi-
gula ex terra quaſi prægnante paſſim edita,
dein-

deinde coisse, & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & humori permixtam. Cætera quid necesse est persequi; quæ non capiant similitudinem veritatis? Hæc eadem opinio etiam in Parmenide vel in Ste * fuit, pauculis exceptis ab Empedocle dissensis. Democrito vero Abderitæ ex aqua limoque primum visum est homines procreatōs. nec longe secus Epicurus. is enim credidit, limo calefacto uteroſ nescio quos radicibus terræ cohærentes primum increvisse, & infantibus ex se editis ingenitum lactis humorē natura ministrante præbuuisse, quos ita educatos & adultos, genus hominum propagasse. Zenon Cittieus, Stoicæ ſectæ conditor, principium humano generi ex novo mundo constitutum putavit, primosque homines ex solo adminiculo divini ignis, id est, Dei providentia, genitos. Denique etiam vulgo creditum est, ut plerique genealogiæ auctores ſunt, quarundam gentium, quæ ex adventicia stirpe non ſint, principes terrigenas esse, ut in Attica, & Arcadia, Thessaliaque, eosque αὐγάθον vocitari: ut in Italia poëta cecinit, Nymphas indigenasque Faunos nemora quædam tenuiſſe, non difficile ruditis antiquorum credulitas recepit. Nunc vero eo licentiæ poëticæ processit lubido, ut vix auditu ferenda configant. Post hominum memoriam, pro generatis iam gentibus, & urbis

bus conditis, homines è terra diversis modis editos, ut in Attica fertur regione Erichthonius ex Volcani semine humo exortus : & in Colchide, vel in Bœotia consitis anguis dentibus armati partus:è quibus , mutua cæde inter se necatis, pauci superasse traduntur , qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adiumento. Nec non in agro Tarquinieni puer dicitur divinitus exaratus , nomine Tages, qui disciplinam cecinerit extispicium : quam Lucumones, tum Etruriæ potentes , exscripserunt.

I N C A P U T I V .

DE origine humana] Videndum Diodor. Sicul. lib. 1. pag. 6. & seq. Theodoret. Græcar. affect. serm. 5. pag. 71. Pausan. in Arcad. pag. 261. Origen. lib 1. cont. Cels. pag. 29. Cic. lib. 1. de legib. Cœl. Rhodog. l. 2. antiquar. lect. c xi. Pet. Mess. lib. 2. Var. lect. c. 13. Alii semper homines] Vid. Augustin. lib. 12. de civit. cap. x.

Pythagoram Samium] Testatur Varro lib. 11. de re rustic. cap. 1. his verbis : *Igitur, inquam, & homines, & pecua, cum semper fuisse sit necesse, natura. Sive enim aliquid fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Milesius & Zeno Citticus, sive contra principium horum existit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, & Aristoteles Stagirites, necesse est humana vita à summa memoria gradatim descendisse ad hanc etatem, ut scribit Dicearchus.*

Ocel-

Ocellum Lucanum] Fortasse respexit ad locum, qui est cap. 111. Επεὶ γὰν καθ' ἐκάστην δύστομην ψωερέχον πήγεν Θεός τοτέ τακτη τῶν ἀλλαν, οὐ μὴ γέρειν τὸ τῶν θεῶν, οὐ δὲ γῆ ἄνθρωπος Θεός, οὐ μετέρσια τέσσαρα δαιμονες· ανάγκη τῷ γένει θεῶν ἀνθρώπων αἰδίον εἶναι, εἴπερ ἀληθῶς οὐ λογίος συμβιβάζει, μή μόνον τὰ μέρη σωστάρχειν τῷ πόσμῳ, αἰτίᾳ δὲ τῷ ψωερέχόμενα τοῖς μέρεσι.

Plato] Plato lib. vii. de legib. εὗ γὰρ δὴ τόγε τοσῦτον χρὴ πάντα ἀνθρώπους ξινοεῖν, ὡς οὐ τούτοις ἀνθρώπων γένεσις, η τὸ τοῦτο πάντα δρόχιαν ψόδεμίαν ἀληχεῖν, οὐδὲ ἔξει ποτέ γε τελετήν, αἰτίᾳ λέπτης αἵτινες, τοις τούτων, η μῆτρα περ τῆς δρόχης αἴφει γέγονεν, ἀμήχανον οὖν χρέοντος οὖσαν γεγονός οὖν εἴη.

Antiquæ academiæ philosophi] Antiquam academiam instituit Plato, teste Diogene Laertio in procœm. Augustin. lib. 19. de civit. Dei. c. 1. Novam sive tertiam Carneades. Censorin. inf. cap. xv. Lucian. φειδος. Euseb. lib. 14. de præpar. Euang. cap. 11. Diog. Laert. dict. loco. Mediæ auctor fuit Arcesilaus. Diogen. ibidem.

Aristoteles quoque] Lactant. lib. 11. Instit. cap. xi. Nam Stoici animantium fabricam divina solertia tribuunt. Aristoteles autem labore se ac molestia liberavit, dicens, semper mundum fuisse: itaque & humanum genus, & cetera que in eo sunt, initium non habere, sed fuisse semper ac fore. Quod congruit cum Varronis loco paulo ante adducto.

Eius-

Eiusque rei exempla] Eadem quæstio agitur apud Plutarch. *Sympol.* problem. lib. i i. quæst. i i i. *Macrob.* lib. vi i. *Saturnal.* cap. xv i. Vide Franc. *Valesium* in lib. *de sacra philosoph.* in *Genes.* c. i. pag. 50.

Fabulares poëtarum hist.] Fabularis historiæ mentionem quoque facit Suetonius, in *Tiberio.* c. 70. eiusque Tiberium Imp. per quam studiosum fuisse narrat. Et Flavius Vopiscus in *Firmo* in pr. *Mythicorum voluminum* meminit.

Promethei molli luto] Fabula vulgata. Vid. Lactant. lib. ii. *Instit.* cap. xi. Apollod. *Biblioth.* lib. i. pag. 18. Pausan. in *Phocic.* pag. 319. Steph. in *I'κόνιον.* Ioh. Tzetz. Chil. vi i. cap. 134. August. lib. 18. *de civit. Dei.* c. 8.

Deucalionis Pyrrhæque] Ovid. lib. i. *Metamorph.* Servius ad *Eclog.* vi. Virgil. Arnob. lib. v. Tzetzes chil. vi i. cap. 137. Hygin. *Fabul.* 153. Ab hac lapidum iactatione Apollod. lib. i. *de orig. Deor.* pag. 20. existimat, λαθες, id est, populos, dictos δωρεαλαθες, quod lapidem significat. Pertinet huc illud Homeri *Odyss.* vi i.

ἢ γὰρ δωρεὰ δρυὸς ἐστὶ παλαιφάτης, εἰδὲ δὲ δωρεαλαθες.

Vid. Eustath. *Iliad.* α. pag. 18. Alii ex fraxino primos homines ortos fuisse fabulati sunt. V. Palæphat. & Stat. lib. 4. *Thebaid.*

Anaxi-

Anaximander Milesius] Vid. Plutarch. lib. v. de placit. philos. cap. xix. & Symp. lib. viii. quæst. viii. circ. fin. Sunt etiam ex recentioribus philosophis, qui hominem ex putredine, ut alia minuta animalia, nasci posse opinantur: Picus nimirum Mirandulanus in 900. conclus. , Conclusione secundum Avicennam v. Cardan. lib. ix. de subtilit. quem reprehendit Iulius Cæs. Scalig. de subtil. exercit. 193. Vid. Averroem in lib. viii. phys. Arist. & Ioh. Philopon. in Comment. in lib. ii. Arist. de gener. animal. 79. b. Andream Cæsalpin. lib. v. quæst. Peripat. cap. i.

Empedocles] Plutarch. lib. v. de placit. phil. cap. 9. Varro apud Non. in *Blitum*. *Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum.*

Lucretius] Lucret. lib. i.

In Parmenide] At Parmenides, ut refert Diogenes Laërt. lib. ix, putabat, γένεσιν ἀρ-
θρώπων εξ ηλίου πεῶπον γένεσθαι.

Vel in Ste... *.. fuit] Locus inutilis, nec facilis emendatu absque ope MS. Cod. In aliis exemplaribus est *inserta* fuit. Iust. Lips. lib. iii. Physiol. Stoic. cap. iv. legendum putat: *in Zenone*, *vel in Parmenide*, & *Veliate Zenone*.

Democrito vero Abderitæ] Lactant. lib. vii. Instit. divin. cap. vii. Erravit Democritus, qui vermiculorum modo putavit effusos (ho-

CENSORINUS
 (homines) esse de terra nullo auctore, nullaque ratione.

Nec longe sécus Epicurus] Epicuri sententiam refert Lucretius his elegantissimis versibus:

Tum tibi terra dedit primum mortalia secla.

Multus enim calor, atque humor superabat in arvis:

Hinc ubi quaque loci regio opportuna dabatur,
 Crescebant uteri terra radicibus apti:

Quos ubi tempore maturo patefecerat atas
 Infantum; fugiens humorem, auraque pe-
 tissens,

Convertebat ibi natura foramina terre,
 Et succum venis cogebat fundere apertis
 Consimilem lattis &c.

Adi Philon. Iudæum οὐδὲ αἴθαρον κόσμον.

pag. 647. Lactant. lib. 11. cap. xii.

Zenon Cittieus Stoicæ sectæ cond.]

Strabo lib. xiv. Κίτιον, ἔχει λιμένα κλειστόν.
 ἐπεύγει εἰς Ζήνων ὁ τὸ Στωικὸν αἱρέσεως δρόχηγέτης.

Seneca epist. 83. Zeno vir maximus, huius sectæ fortissima ac sanctissima conditor. Lucian. οὐδὲ μακρος. Theodore. Græcar. affect. serm. v. Suid. Gell. l. 19. c. 1.

Novo mundo] An cœlum intelligit? quod Stoici κόσμον solent appellare. Macrobius cœ-
 lum voeari mundum indicat, cum inquit lib. 1. in somn. Scip. c. 20. Cur vero (Sol) tem-
 peratio mundi dictus sit, ratio in aperto est. ita enim

non

non solum terram, sed ipsum quoque cælum, quod vere mundus vocatur, temperari à sole certissimum est. Etiam vide Ioseph. Scaligeri notas in sphæram Barbar. Manilii p. 434. & Robert. Balfor. in lib. 2. Cleomed. pag. 274.

Adminiculo divini ignis, id est, Dei provid.] Laetant. lib. 11. cap. xi. Stoici animantium fabricam divinæ solertia tribuunt. Ovid. lib. 1. Metamorph. fab. 2. αὐτοῦ τελέσει.

*Natus homo est, sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Sive recens tellus.*

Genealogiæ auctores] Genealogias scripferunt Pherecides Atheniensis, teste Dionys. Halicarn. lib. 1. antiquit. Rom. pag. 10. Hecatæus; Athen. lib. 1 v. pag. 148. Andron; ci-tatus à Scholiaste Apollonii Rhodii lib. 1. Argon. pag. 3. & alii.

Ut in Attica] De Atheniensibus tradit Herodot. lib. vii. pag. 497. θραυστὸν μῆναν παρεχόμενοι, μῆνον δὲ ἑοντες, καὶ μετεράσσει Ελλήνων. Plato in Menexeno pag. 404. Pausan. in Corinth. pag. 57. Euripid. apud Plutarch. οὐδὲ φυγῆς. pag. 1073. Strabo lib. viii. Lucian. in Philopseud. Aristides in Panthen. Aen. Gazæus pag. 40. Iustin. lib. 11. Harpocration in ἀντίχοιες. Suid. in πεπληρωμασι. Georg. Gemist. Orat. 1. de reb. Pelopon.

Arcadia] Theodoret. serm. v. Græc. affect.

fect. οἱ δὲ ἐν τῇ Αἴτιᾳ πεῖστον φιᾶσι αὐθεώπις.
αἰλοι δέ, ἐν Αἴραδίᾳ τοῖς γενέσθαι πεῖστον. ἔτεροι
δ' αὖ πάλιν ἐν Αἰγύπτῳ. Vid. Suid. in αὐτόχθο-
νες. Marc. Heracleot. *περιηγ.* pag. 22.

Αὐτόχθονες] Dicuntur & ιδιωτέρεις. Fest. in
Natio. Latine *Aborigenes*. Sic enim vetus
glossar. p. 2. *Aborigenes αὐτόχθονες*. Solino c.
15. sunt *Genuini terre*.

Poëta cecinit] Virgil. lib. viii. Aeneid. &
ibid. Serv.

Erichthonius] Pausan. Attic. pag. 3. πα-
τέρες δὲ Εὐειχθονίω λέγοσιν αὐθεώπιν μὲν γένε-
να εἶναι· γονέας δὲ Ηφαίστου καὶ Γῆν. Homer. in
Catalog. Apollod. lib. iii. de deor. orig.
Lucian. in Philopseud. Origenes cont. Cels.
lib. viii. pag. 434. Augustin. lib. xviii. de
civit. Dei, cap. xi. D. Hieron. contra Iovi-
nian. cap. iv. Lactant. lib. i. cap. xvii. Tertull.
de spectac. c. 9.

Exortus] Sic legendum potius ex Ger-
manica & Manutii editione, itemque sche-
dis Fr. Modii, quam *exaratus*, ut Carrio e-
didit.

Armati partus] Carrionis editio habet
Spartoe. Theodore. serm. v. Græc. affect.
ἐκεῖνοι δέ (poëtas intellige) καὶ μόνον μηχεύεις,
αἰλοὶ καὶ σταρτός αὐθεώπις γεγεννᾶσθε φασίν, καὶ
ἐκ θεραποντείων αὐτοφυῆναι οδόντων. Gell. lib. i. 7.
c. 3. Palæphat. *πειραμάτων*. pag. 86. Hygin. fab.
178. Lucian. loco supra citato. Scholia. st.
Apol-

Apollon. Rhod. lib. iv. Argonaut. pag. 166.
 Eunap. in Eclog. legat. pag. 12. οἱ μῆνες παλαιοὶ μῆνοι λέγονται, τὰς τὴν Βοιωτίαν καὶ τὰς Κολχίδα δεκανοτίαν ὁδόντων καταπάρευταν εἰς ὄντοις, αἷμα τῷ αὐτῷ στὸν αὐθεγες αὐτούς εοδιμ. Senec. Hercule furente Act. 2. Sc. O magne. Luçan. lib. 4. D. Ambros. lib. de fide resurrect. cap. xv. Ammian. Marcell. lib. 19. p. 157. Ovid. lib. 3. metamorph. Fab. 1. Agath. lib. 3. hist. p. 72.

Tages] Videndus Cicero lib. 11. de divinat. Fest. in *Tages*. Ovid. lib. xv. Metamorph. fab. 2. Ammian. Marcellin. lib. xx1. pag. 139. Arnob. lib. 11. pag. 108. Martian. Capell. lib. 2. p. 39. & lib. 6. p. 204. Isidor. lib. 8. orig. c. 9. Serv. lib. 11. Aeneid. *Thusci autem à frequen- tia sacrificii dicti sunt, hoc est, Δηπός οὐδὲ Ζεύς. Constat namque, illic à Tage aruspicinam repertam, ut Lu- canus meminit.*

--- *Sed conditor artis
Finxerit ista Tages.*

C A P U T V.

HAETENUS de prima hominum origine. Cæterum, quæ ad præsentes nostros pertinent natales, eorumque initia, quam potero compendio dicam. Igitur, scimen unde exeat, inter sapientiæ professores non constat. Parmenides enim tum ex dextris, tum è lœvis partibus dirivari putavit. Hippo-

poni vero Metapontino, sive, ut Aristoxenus auctor est, Samio, ex medullis profluere semen videtur: idque eo probari, quod post admissionem pecudum, si quis, qui mares sunt, perimat, medullas utopte exhaustas non reperiat. Sed hanc opinionem nonnulli refellunt, ut Anaxagoras, Democritus, & Alcmæon Crotoriates. Hi enim post gregum contentionem non medullis modo, verum & adipe, multaque carne mares exhausti respondent. Illud quoque ambiguam facit inter autores opinionem, utrumne ex patris tantummodo semine partus nascatur, ut Diogenes, & Hippon, Stoicique scripserunt, an etiam ex matris, quod Anaxagoræ, & Alcmæoni, nec non Parmenidi, Empedoclique, & Epicuro visum est. Quæ differens, non definite se scire, Alcmæon confessus est, ratus, neminem posse perspicere.

IN CAPUT V.

IGitur semen] Semen quid sit, & unde fluat, inter Philosophos medicosque cum veteres, tum recentiores controvertitur. Pythagoras quidem dixit, τὸ απέρμα εἴναι σεμόνα ἐγκεφάλος, ὁ θελέχθων ἐν αὐτῇ θερμὸν αἵμόν. Diogen. Laert. lib. viii. in vita Pythag. A quo non multum discedit Timæus Locrus lib. de anima mundi, pag. 18. qui fluxum id dicit esse medullæ per dorsi vertebrales, cuius origo

origo & radix sit cerebrum. Verba eius hæc sunt: τῶ ἡ σώματος δέχαν μή τερίζω μυελῷ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ὧν αἷμα αγεμοντα, δόποντο τάτω διπόχυμα ρεῖ δῆλον τῶν νοπίων απονεύλων τὸ λοιπόν, ἐξ ὧν εἰς ασέρμα τελοῦ λόγον μερίζεσθαι. Adde Hippocratem lib. de genitura, non longe à pr. & Nemesium lib. i. de natur. homin. c. 25. Zenon & reliqui Stoici, semen animæ particulam esse volunt, exq; omnibus corporis partibus defluere. Diogen. Laert. lib. vii. in vita Zenonis Cittiei, & Theodoret. serm. v. Græc. affect. pag. 73. Alii spumam sanguinis esse censent: atque inde τὰ αἴφροδίσια dicta, Apolloniates Diogenes existimat, teste Clem. Alexand. lib. i. Pædag. cap. vi. Tertullianus quoque lib. de carne Christi c. 19. materiam seminis sanguinis esse calorem statuit. Aristoteles autem libro i. de generat. animal. cap. xix. opinatur, τῆς αἵματικῆς τετέλιωμα τεοφῆς τὸ ασέρμα. Alias aliorum opiniones si scire aves, vide sis Plutarch. lib. v. de placit. Phil. cap. 111. Lactant. de Opif. Dei cap. xii. Iohan. Argenter. Comment. secundo in Galen. art. med. pag. 175. & seqq. Franc. Vales. lib. 11. controvers. med. & Philos. cap. viii. Ludov. Septalium Comment. v. in lib. Hippocrat. de aëre, aq. & loc. pag. 407. And. Laurent. in hist. anatomi. lib. xiiii. quæst. 3. & 4. Hieronym. Mercurial. lib. 4. Variar. lect. c. 16. Franc. Bonamic. lib. 4. de ali-

alimento. c. 10. & seq. Balduin. Ronseum lib. de hum. vitæ primord. c. 1.

Post admissionem] *Post admissionem*, id est, μετ' ὄχειαν.

Illud quoque ambiguam] Vid. Plutarch. lib. v. de placit. philosoph. cap. v.

Stoicique scripserunt] Zeno Cittieus & Sphærus : quorum opinionem Diogenes Laërt. lib. vi i. in vita Zenonis, his verbis recitat: τὸ δὲ τῆς θηλείας (απέρμα) αἵγονον ἀποφαίνονται, αἵτοντα εἴναι τῷ οὐλίγον, καὶ μάτατῶδες. In eadem opinione fuit Aristoteles lib. i. de gener. animal. cap. xix. & xx. quamvis sibi non satis constet. Nam lib. iv. de generat. animal. cap. i. etiam fœminis semen tribuit, his verbis: Αἱσφέρει δὲ τὸ δέρρεν Θεόν απέρμα, ὅπερ ἔχει δέρχειν εἰν αὐτῷ τοιαύτῳ, οἷαν κινεῖν καὶ εἰν τῷ ζώῳ, καὶ Αἱσφέρειν τῷ εἰδάτῳ τεοφίῳ. τὸ δὲ δηλεῖθεν, υλίω μόνον. Quo fortasse respexit Laëtant. de Opif. Dei cap. xii. Conceptum igitur Varro & Aristoteles sic fieri arbitrantur: *Aiunt enim, non tantum maribus inesse semen, verum etiam fœminis, & inde plerumque matribus similes procreari.*

An etiam ex matris] Mulierem semen quoque emittere, tradit Hippocrat. in lib. de genitura. Nemes. lib. i. de natur. hom. c. 25. Inde etiam gentiles olim feminæ Liberam coluerunt, ut Augustinus docet lib. 6. de civit. Dei cap. 9. *Liberam*, inquit, à liberamento appell-

appellare volunt, quod mares in coēundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in feminis agere Liberam, quam etiam Venetrem putant, quod & ipsas perhibeant semina emittere, & ob hoc Libero eandem virilem corporis partem in templo ponit, feminineam Liberæ. Vide eund. lib. 7. de civit. Dei. c. 3. & Iul. Cæsar. Scaliger. de subtilit. exercit. 268. Vid. And. Laurent. lib. viii. hist. anat. quæst. v. Francisc. Bonamic. lib. 4. de alimento. c. 20. & seq. Balduin. Ronff. lib. iam dict. c. 2.

C A P U T VI.

EMpedocles, quem in hoc Aristoteles sequutus est, ante omnia cor iudicavit increscere, quod hominis vitam maxime contineat. Hippo vero, caput, in quo est animi principale. Democritus alvum cum capite, quæ plurimum habent ex inani. Anaxagoras cerebrum, unde omnes sunt sensus. Diogenes Apolloniates ex humore primum carnem fieri existimavit, tum ex carne ossa, nervosque, & cæteras partes enasci. At Stoici una totum infantem figurari dixerunt, ut una nascitur, aliturque. sunt, qui id opinentur fieri ipsa natura, ut Aristoteles, atque Epicurus. sunt, qui potentia spiritus semen comitantis, ut Stoici ferme universi. sunt, qui ætherium calorem inesse arbitrentur, qui membra disponat, Anaxagoran secuti.

C 4

Ut-

Utcunque tamen formatus infans, quemadmodum in matris utero alatur, duplex opinio est. Anaxagoræ enim, cæterisque compluribus, per umbilicum cibus administrari videtur. at Diogenes & Hippon existimarent, esse in alvo prominens quiddam, quod infans ore apprehendar; ex eoque alimentum ita trahat, ut, cum editus est, ex matris uberibus. Cæterum, ut mares, feminæve nascantur, quid caussæ esset, varie ab iisdem philosophis proditum est. Nam, ex quo parente seminis amplius fuit, eius sexum repræsentari dixit Alcimæon; ex seminibus autem tenuioribus feminas, ex densioribus mares fieri, Hippon affirmat. Utrius vero parentis principium sedem prius occupaverit, eius reddi naturam Democritus retulit. At, inter se certare feminas, & mares, &, penes utrum victoria sit, eius habitum referri, auctor est Parmenides. Et è dextris partibus profuso semine marcs gigni, at è lævis feminas, Anaxagoras, Empedoclesque consentiant. quorum opiniones ut de hac specie congruæ, ita de similitudine liberorum sunt dispariles. Super qua re Empedoclis disputata ratio talis profertur. Si par calor in parentum seminibus fuerit, patri similem matrem procreari; si frigus, feminam matri similem. Quod si patris calidum erit, & frigidum matris, puerum fore, qui matris vultum re-

præ-

præsentet; at si calidum matris, patris autem fuerit frigidum, puellam futuram, quæ patris reddat similitudinem. Anaxagoras autem eius parentis faciem referre liberos iudicavit, qui seminis amplius contulisset. Cæterum, Parmenidis sententia est, cum dexteræ partes semina dederint, tunc filios esse patri consimiles; cum lævæ, tunc matri. Sequitur vero de geminis, qui ut aliquando nascantur, modo seminis fieri Hippo ratus est. Id enim, cum amplius est, quam uni sati fuerit, bifariam diduci. Id ipsum ferme Empedocles videtur sensisse. nam, causas quidem cur divideretur, non posuit: tantummodo ait, si utrumque sedes æque calidas occupaverit, utrumque marem nasci: si frigidas æque, utramque feminam. si vero alterum calidiorem, alterum frigidorem, dispari sexu partum futurum.

IN CAPUT VI.

Aristoteles secutus] Aristotel. lib. i i i. Ade partibus anim. cap. i v. Cæterum cor primum nascentibus formari, præter Aristotelem asserunt Plin. lib. x. cap. l i i . & lib. x i. cap. xxxvi i. Solin. cap. iv. Simplic. in lib. v. Aristot. τῆς φυσικ. αἰρεόσ. pag. 205. Basil. Magn. in Psalm. i. in pr. Lactant. de Opif. Dei cap. x i i . Quæ opinio tamen à Galeno reiicitur, de fœt. form. cap. i v. statuente, ie-

cur primum fœtus fundamentum esse.

Hippon vero caput] Et Alcmæon; teste Plutarcho lib. v. de placit. Philos. cap. xvii. Varro autem, citante Gellio lib. 111. cap. x. caput & spinam, quæ est in dorso. Hippocrates lib. 1. *ωθὶ δαιτης*, omnia membra simul existere putavit: in qua opinione fuerunt etiam Stoici, ut Censorinus hoc capite tradit.

Sunt qui id opinentur] De causa fœtuum formatrice inter philosophos dissensio est. Galenus ingenue fatetur se illam ignorare, lib. de fœt. form. cap. vi. V. Iacob. Fontan. part. i. univers. art. med. c. 10.

Quemadmodum in matris utero alatur] Videndus Plutarchus lib. v. de placit. philos. cap. xvi.

Per umbilicum] Aristot. lib. vii. de hist. anim. cap. viii. & lib. ii. de gener. animal. cap. v. Hippocrat. de nat. pueri, pag. 16. *ἢ μέσον τῆς σφράγεως ὁ ὄμφαλὸς απέχει, διὰ πνέει καὶ τῶν αὐξησιν ἴσχει. Suid. ὄμφαλὸς οἰόν της ρίζα τῆς θρέφης ἐστι. διὰ σκέψης γὰρ αὐξετῷ καὶ τεφετῷ. Lactant. de Opificio Dei. c. 10. in fin. Cœl. Rhodog. lib. 15. lect. antiq. c. 21.*

Prominens quiddam] Idem sensit Hippocrates de carnib. πὸ τὴν παθήσιν, inquit, ἐν τῇ γαστρὶ συστάχουν τὰ χείλεα μύζει ἐκ τῶν μητρέων τῆς μητρὸς, πρὶν ἔλκει τῶν πετροφλεβῶν, ἐπὸ πνεῦμα τῇ παρεδίῃ εἴσω. Qui locus adversatur illi, quem

quem modo adduximus ex libro de nat. pueri. Sed viri docti hunc locum in libro de carnib. Hippocrati falso afflictum esse opinantur. Vid. And. Laurent. lib. viii. hist. anatom. cap. vi. quæst. 23.

Cæterum ut mares] De diversitate sexus, quinque profert Philosophorum dispariles rationes. Quibus adde quæ à Plutarcho lib. v. de placit. philos. cap. vii. Lactant. de Opif. Dei cap. xii. & Anaxagora apud Diogenem Laërtium pag. 94. varie disputantur. Cœl. Rhodog. lib. 4. Variar. lect. c. 23.

Similitudine liberorum] Quid de proli similitudine philosophi senserint, sigillatim referre, longum foret; indicabimus saltem aliquot auctorum loca. Videndum itaque Aristoteles lib. iv. de gener. animal. cap. 111. & lib. v 11. de hist. anim. cap. vi. Plutarch. de placit. philos. lib. v. cap. xi. & xi 1. Stob. in Eclog. phys. pag. 87. Galen. lib. 11. de semine. Plin. lib. vii. cap. xi i. Solin. cap. v. Dionys. Halicarn. οὐδὲ τῆς τῶν λογ. ἐξετ. pag. 68. Strabo lib. xv. pag. 479. D. Augustin. lib. v. cont. Julian. cap. 9. Lactant. de Opif. cap. xii. Isidor. lib. ii. orig. c. i. Pet. Messias lib. i. Variar. lect. c. 42. Levin. Lemn. lib. i. de occult. nat. mirac. c. 4. Cornel. Gemina lib. i. cosmocrit. c. 5. Ioh. Riolan. lib. de homin. procreat. c. 12. Iacob. Fontan. part. i. univers. art. med. c. 17. Franc. Bonamic. lib. 5.

de

44. CENSORINUS
de aliment. c. 34. Balduin. Ronf. lib. de hum.
vitæ primord. c. 10.

Sequitur vero de geminis] Hæc verba, ut sequentium commodus sensus esset, ex editione Germanica & Aldina inseruimus; in editione enim Carrionis omissa erant.

Hippon ratus est] Et Aristotel. lib. iv. de gener. animal. cap. iv. Vid. Plutarch. lib. v. de placit. phil. cap. x.

C A P U T VII.

Superest dicere de temporibus, quibus partus soleant esse ad nascendum maturi. qui locus eo mihi cura maiore tractandus est, quod quædam necesse est de astrologia, musica, & arithmeticæ attingere. Iam primum, quo post conceptionem mense infantes edi soleant, frequenter inter veteres agitatum, nondum convenit. Hippon Metapontinus à septimo ad decimum mensem nasci posse existimavit. nam septimo partum iam esse maturum, eo quod in omnibus numerus septenarius plurimum possit. si quidem septem formemur mensibus, additisque alteris recti consistere incipiamus, & post septem menses dentes nobis innascantur, iidemque post septimum cadant annum. quartodecimo autem pubescere soleamus. Sed hanc à septem mensibus incipientem maturitatem, usque ad decimum perductam: ideo,

ideo, quod in aliis omnibus hæc eadem natura est, ut septem mensibus, annisve, tres aut menses, aut anni ad confirmationem accedant. Nam dentes septem mensium infanti nasci, & maxime decimo perfici mense: septimo anno primos eorum excidere, decimo ultimos. post decimum quartum annum non nullos, sed omnes intra septimum decimum annum pubescere. Huic opinioni in parte aliqua repugnant alii, alii in parte consentiunt. Nam septimo mense parere mulierem posse, plurimi affirmant, ut Theano Pythagorica, Aristoteles Peripateticus, Diocles, Euenor, Straton, Empedocles, Epigenes, multique præterea. quorum omnium consensus Euthyphronem Cnidium non deterreret, id ipsum intrepide pernegantē. Contra eum ferme omnes, Epicharmum secuti, octavo mense nasci negaverunt. Diocles tamen Carystius, & Aristoteles Stagirites alter senserunt. Nono autem, & decimo mense, tum Chaldæi plurimi, & idem mihi supra nominatus Aristoteles, edi posse partum putaverunt. neque Epigenes Byzantius nono posse fieri contendit. nec Hippocrates Cous decimo. Cæterum undecimum imensem Aristoteles solus recipit, cæteri universi improbarunt.

IN

IN CAPUT VII.

Numerus septenarius] De huius numeri mysteriis multa Varro apud Gell. lib. 111. cap. x. Macrobius. lib. 1. in Somn. Scipion. cap. v. Alexand. Aphrod. lib. 11. probl. 47. Philo Iudæus de opific. mundi. & lib. 1. allegor. leg. p. 29. Clem. Alexand. Strom. vi. pag. 291. Iustin. Martyr. Respons. ad orthod. 69. Basil. Magn. in Psalm. cxiv. Chalcid. in Timæum Platon. pag. 41. & sequent. Cyprian. serm. de Spiritu S. Ambros. lib. 6. Epist. 39. Augustin. lib. 11. de civit. Dei. c. 31. Cœl. Rhodog. lib. 22. lect. antiqu. c. 12. Ioh. Bodin. lib. 3. theat. nat. p. 418. & omnium plenissime. Pet. Bongus.

Recti consistere] Macrobius. lib. 1. in Somn. Scip. cap. v. *Post bis septem sedet sine casus timore. Et. Post quater septem non solum stat firmiter, sed & incedit.*

Post septem menses dentes nobis] Hippocrat. de septimest. partu. τῶισ ἐπανίσθιοις ἐπίαμνοισιν ἐστι, καὶ αἷλα Διοφέρονται γίνεται ἐν τοῖς σώμασι, καὶ οἱ ὀδόντες φαινεσθεὶς ἀρχοντεις ἐν τατέω τῷ χρόνῳ. Vid. eund. τελικοῦ in fin. Aristot. lib. viii. de hist. anim. cap. x. τὰ ἐπανίσθια ἐνδόμω μὲν ἀρχοντεις ὀδοντοφυεῖν. Alexand. Aphrod. lib. 11. problem. 47. Moschion περὶ γυναικ. πάθ. c. 117. Plin. lib. viii. cap. xvi. *Ceterum editis, primores septimo mense gigni dentes,*

res, priusquam in supera fere parte, haud dubium est: septimo eisdem decidere anno, aliosque suffici. Adde Macrob.lib.1.in somn.Scip.cap.v.Au-son. in Monosyllab. Indicat in pueris septennia prima novus dens.

Pubescere soleamus] Aur. Macrob. loco dicto. Post annos autem bis septem ipsa etatis necessitate pubescit. Tunc enim moveri incipit vis generationis in masculis, & purgatio fœminarum. Ideo & tutela puerili quasi virile iam robur absolvitur, de qua tamen fœmina propter votorum festinationem, maturius biennio legibus liberantur. Et lib.7. Saturnal.c.7.Vid. Tertullian. de anima cap. xxxviii. & lib. de veland. virg. cap. ii. Instit.tit. Quib. mod. tutel. fin. Ulpian.in frag. tit. de Tutel. §. ult. Alex. Aphrod. lib.ii.probl.47. οἰς ἐπὶ τῷ, ηγάονει, τεῖς ἐπὶ τῷ, ἀρδητῷ. Phil. Iud.lib. i. allegor. leg. Augustin. lib. 15. de civit.Dei.c. 12.

Intra septimum decimum] Iurisconsulti annum unum adiiciunt, plenamque puber-tatem annis decem & octo definiunt. §. minorem. Instit. de adopt. L. adrogato. 40. §. non tantum. D.eod.tit. L. Mela. 14. §. certe. D. de alim. legat. Iul. Paul. lib. 3. sent. tit. 4. §. Spadones.

*Septimo mense parere] Videndum Hippocrates ὁ θεὸς συγκῶν, non procul à fine, & toto libro de septimestri partu, citatus à Pau-lo IC. L. *septimo mense. 12.* D. *de stat. hom. &* Ulpiano*

Ulpiano L. Intestato. 3. §. fin. D. de suis & legit. Alibi tamen Paulus in hanc rem numeros Pythagoreos allegat lib. 4. sent. tit. 9. Adi Galen. de fœt. format. cap. 1. Alexand. Aphrod lib. 11. problem. 47. Cicer. lib. x. ad Attic. Epist. ult. D. Ambros. lib. 6. epist. 39. Schol. Græcum in Homer. Ia. τ. pag. 327.

Aristoteles Peripateticus] Aristotel. lib. vii. hist animal. cap. iv. οὐσία μήδην πεπεριτῶν ἐπίτιμη μηνῶν, καὶ δὲν γάδερη διώσαται γένες. τὰ δὲ ἐπίτιμων γόνιμα πεπεριτῶν, αἰδενῆ δὲ τὰ πολλαῖ. διὸ καὶ απαρχάντων ἐρίσις αὐτά. Vid. Plutarch. lib. v. de placit philos. cap. xviii.

Diocles] Huius & Empedoclis de hac re sententiam refert Plutarch. modo dicto loco.

Octavo mense] Hippocrat. lib. de octim. part. negat, octimestrem partum esse vitalem, & libro τεκτίσαρχῶν diserte inquit, ὀκτάμηνον δὲ γνόμηνον, καὶ δὲν βιοῖ πώποτε. Citatur in eandem rem à Gellio lib. 111. cap. xv. eiusdem ex lib. τεκτίσαρχος locus: εἴτι δὲ καὶ εἴτι ὀκτάμηνος γένεσις. quæ verba ibidem sic explicat Sabinus medic. εἴτι μήδην φανόμηνα ως ζῶα μῆτις τὴν ἔκτειν. ότικὲν εἴτι δὲ, ως θυγόποντα μῆτις ταῦτα. Καὶ εἴτι δὲν φαντασία μήδην παραπίνα δὲν ταῦτα. Διωρέμεν δὲ καὶ εἴτι. Sed Hippocratis locus hodie aliter in impressis libris habetur. Quid vero de Octimestri partu sentiendum sit, vide quæ doctissime accuratissimeque commentatus est

et Federicus Bonaventura Urbinas. Ludov.
Cœl. Rhodog lib. 20. lect. antiq. c. 1. & lib.
22. c. 13.

Diocles tamen Carystius] Vid. Plutarch.
lib. v. de placit. philos. cap. xvii.

Et Aristoteles] Aristoteles lib. vii. hist.
animal. cap. iv. & lib. iv. de generat. ani-
mal. cap. iv. Item Problem. 40. sect. 10.
octimestrem partum recipit. Item Cæcilius
Comicus apud Gell. lib. iii. cap. xvi. Varro
apud eundem ibid. Et Plin. lib. vii. cap. v. ex
Aristotelis lib. vii. Hist. animal. cap. iv. re-
fert, *Translatitum in Ægypto esse, octavo gigni, &*
in Italia iam tales partus esse vitales, contra prisco-
rum opiniones. De Naxiis mulieribus benefi-
cio Iunonis ὡνταί πυρά parientibus, testantur
Stephan. de Urbib. & Suidas. Nicol. Leonic.
lib. i. var. hist. c. 99.

Nono autem & decimo mense] Hinc illa
Parcarum nomina *Nona & Decima*. Gellius
lib. iii. cap. xvi. Sept. Tertullian. de anima
cap. xxxvii. *Hac estimando etiam superstitione Ro-*
mana finxit Alemonam, alendi in utero fœtus. Et
Nonam & Decimam, à sollicitatoribus mensibus.
Decimum mensem agnoscit Varro apud No-
nius in *Spissum*. *Nascimur enim, inquit, spissus*
quam emorimur. Vix duo homines decem mensi-
bus edolatum unum reddunt puerum: contra una
pestilentia, hostica acies, punto temporis immaneis
acervos facit. Et Salomon, sive quis alias au-

D

ctor,

ctor, Sapientiæ cap.vii. ver. 2. ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἐγλύφεια σπέρξ θεκάμψιαί τι γένον. Vid. Formula Galli Aquilii IC. in L. Gallus 29. in pr. D. de lib. & post. hæred. inst. & L. quidam. 4. D. de post. hæred. inst. Iul. Paul. lib. 4. sent. tit. 9. §. septimo mense. Terent. Adelph. Act. 3. Scen. 4. *Virgo ex eo compressu grava facta est. mensis hic decimus est.*

Hippocrates Cous] Hippocrates de natura pueri. εὐθέσι γένοισι πέρον δέκα μηνῶν ἐν γαστὶ ἔχειν ἐγώ φερόω.

Undecimum mensem Aristoteles] Aristoteles lib.vi i. de Histor. animal. cap. iv. τὰ μὲν ἄνθρακῶν, μοναχῶν ποιεῖται τὰ δὲ τόκες τελείωσιν, (εἰς γένος αὐτοῖς δὲ τόκες γέροντος πᾶσιν) αὐθεώπια ἐν πολλοῖ μόνῳ τῶν ζώων. οὐδὲ ἐπιτάμνεια, ηγή ὀκτάμνεια, ηγή ἀντεπάμνεια γίνονται, ηδὲ δεκάμνεια τὸ πλεῖστον. ἔντα δὲ ἐπιτάμνειας οὐδὲ ἐπιδεκάτης μηνός. Undecimum mensem etiam admisit D. Hadrianus apud Gell. lib. 111. cap. xvi. Vid. Feder. Bonavent. lib. ix. de Octimestri partu cap. ii. & seq. De duodecimestri partu est apud Charisium Grammaticum lib. i. pag. 78. qui Gracchi nomen derivat à gerendo, eo quod mater eius duodecim mensibus eum gestaverit. Decimi tertii mensis exemplum refertur à Plinio lib. vii. cap.v. & deinde Gellio lib. 111. cap. xvi. Iacobus Fontanus medicus ex relatione medicorum Monspellensium narrat part. i. universæ art med.

I. s. physiol. c. 16. nonnullas fæminas legitimos peperisse natos duodecimestres, sexdecimestres, vigesimestres, & vigesiquatremestres.

Cæteri universi improbarunt] Ut etiam Ulpianus L. *in testato. 3. §. post decem. D. de suis & legit. & Iustinianus Imp. Novell. 39. c. 2.*

C A P U T VIII.

Sed nunc Chaldæorum ratio breviter tractanda est, explicandumque, cur septimo mense, & nono, & decimo, tantummodo posse nasci homines arbitrentur. Ante omnia igitur dicunt, actum, vitamque nostram, stellis tam vagis, quam statim esse subiectam, eamque vario multiplicique cursu genus humanum gubernari, sed ipsarum motus, schemataque, & effectus, à Sole crebro immutari. nam ut aliæ occasum, nonnullæ stationem faciant, nosque omnes disparili sua temperatura afficiant, Solis fieri potentia. Itaque cum qui stellas ipsas, quibus moverur, permovet, animam nobis dare, qua regamur; potentissimumque in nos esse, moderatique, quando post conceptionem veniamus in lucem. sed hoc per tres facere conspectus. Quid autem sit conspectus, & quot eius genera, ut liquido perspici possit, pauca praedicam. Circulus est, ut ferunt, signifer,

D 2

quem

quem Græci vocant ζωδιακὸν; in quo Sol, & Luna, cæteræque stellæ vagæ feruntur. hic in duodecim partes, totidem signis redditas, æquabiliter divisus est. eum sol annuo spatio metitur: ita in unoquoque signo ferme unum mensem moratur: sed signum quodlibet cum cæteris singulis habet mutuum conspectum, non tamen uniformem cum omnibus. nam validiores alii, infirmiores alii habentur. Igitur, quo tempore partus concipitur, Sol in aliquo signo sit necesse; & in aliqua eius particula, quem locum conceptionis proprie appellant. Sunt autem hæ particulæ in unoquoque signo tricenæ, totius vero zodiaci numero ccclx. has Græci μοίες cognominarunt: eo videlicet, quod deas Fatales nuncupant μοίες. Et eæ particulæ nobis veluti fata sunt. nam, qua potissimum oriente nascantur, plurimum refert. Sol ergo, cum in proximum signum transcendit, locum illum conceptionis aut imbecillo videt conspectu, aut etiam nec conspicit. nam plures, proximantia sibimet zodia, invicem se videre, omnino negaverunt. at, cum in tertio est signo, hoc est, uno medio interposito, tunc primum illum locum, unde profectus est, videre dicitur, sed valde obliquo & invalido lumine; qui conspectus vocatur καθ' ιξάγων, qui sextam partem circuli subtendit. nam si, ut à primo zodio ad tertium, sic à tertio ad quin-

quintum, inde porro ad septimum, ac deinde alternæ lineæ emittantur, hexagoni æquilateralis forma in eodem circulo scriberetur. Hunc quidam conspectum non usque quaque receperunt, quod minimum ad maturitatem partus videatur conferre. Cum vero in quartum signum pervenit, & media duo sunt, videt $\pi\tau\epsilon\gamma\omega\nu$. quoniam illa linea, qua visus pertendit, quartam partem orbis abscedit. Cum autem in quinto est, tribus interiacentibus mediis, $\tau\epsilon\gamma\omega\nu$ adspicit. Nam tertiam signiferi partē visus ille metitur. Quæ duæ visiones $\pi\tau\epsilon\gamma\omega\nu$ & $\tau\epsilon\gamma\omega\nu$ per quam efficaces, incrementum partus multum administrant. Cæterum à loco sexto conspectus omni caret efficientia. eius enim linea nullius polygoni afficit latus. At à septimo zdio, quod est contrarium, plenissimus potentissimusque conspectus, quosdam iam maturos infantes educit, qui septemimestres appellantur, quia septimo mense nascuntur. At, si intra hoc spatium maturescere uterus non potuerit; octavo mense non editur. (ab octavo enim signo, ut à sexto, inefficax visus) sed vel nono mense, vel decimo. Sol enim à nono zdio particulam conceptionis rursus conspicit $\tau\epsilon\gamma\omega\nu$, & à decimo $\pi\tau\epsilon\gamma\omega\nu$. qui conspectus, ut supra iam dictum est, per quam efficaces sunt. Cæterum undecimo non putant nasci, quia languido

iam radio infirmum lumen καθ' ἐξάγωνον mit-
tatur. multo minus duodecimo , unde con-
spectus pro nullo habetur. itaque secundum
rationem hanc ἐπτάμυλων nascuntur καὶ Δέκα-
μετρον, ἑννεάμυλων autem καὶ τείχων, δεκάμη-
νον vero καὶ τετράγωνον.

I N C A P U T VIII.

C Haldæorum] Chaldei, inquit Cicero lib.
i. de divin, non ex artis, sed ex gentis voca-
bulo nominati, -diurna observatione siderum,
scientiam putantur effecisse, ut prædicti posset, quid
cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset.
Vide Diodor. Sicul. lib.xvi i. Vitruvium lib.
ix. cap.vii. Gell. lib.xiv. cap. i. Hi Babylonii
quoque dicuntur. Iul. Firm. lib. ii. cap. iii.
unde numeri Babylonii apud Horat. lib. i. O-
de ii. --- nec Babylonios Tentaris numeros. Et
Genethliaci. Gell. lib. xiv. cap. i. Censorin.
cap.xiv. Planetarii. Augustin. lib. iy. Con-
fession. Mathematici. Tit. C. Theod. & Iustin.
De malef. & mathemat. Augustin. lib. ii. de
doctrin. Christ. cap.xxi. Isidor. lib. viii. O-
rig. cap. ix. D. Hieronym. in cap. ii. Daniel.
Gell. lib. i. cap. ix. Horoscopi. Pers. sat. 6.
--- *Geminos horoscope varo Producis genio.*

Dicunt actum vitamque nostram] Vid.
infr. cap. xiii. Clem. Alexand. Strom. vi.
pag.291. ἐπὶ τῷ καὶ οἱ δύο τῶν μαθημάτων συ-
πλανήται εἴναι φασιν αἰσέργες, τὰς τελείας διοί-
κησιν

κησιν ἐπιτελεῖν τε, νόφ' ὁν καὶ συμπάθειαν οἱ Χαλδαῖοι πάντα γίνεσθαι νομίζουσι, τὰ τέλη τὸν Θυητὸν βίον. Vid. Cic. lib. ii. de divin. Sext. Empir. advers. Mathemat. cap. xxii. Pertinet huc Ausonii Eclogarium de ratione puerperii. Vide quæ infra notavi ad. c. 13.

Stationem faciant] Chalcid. in Timæum Platon. pag. 61. *Statio* (inquit, est) *visum & imaginatio stellæ, diu manentis in eodem loco, iuxta aliam fixam stellam, nec errantem.* Græci μῆτραν εὐγένιαν vocant. Pappus Alexand. εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀστροτελέσθη. Et σάσιον. Gemin. pag. 10. Iulius Pollux lib. iv. cap. xx. Isidorus lib. iii. Orig. cap. lxix.

Quid autem sit conspectus] *Adspiciendi* verbo in hac re usus est Horatius lib. ii. Od. xvii.

*Seu Libra, seu me Scorpius adspicit
Farmidolosus.*

Vid. Sext. Empir. advers. Mathem. cap. xxii.

Quot eius genera] Dividuntur signa Zodiaci vel in Hexagona, vel in Tetragona, vel in Trigona, vel in Opposita.

Hexagona

♈	♉	♊	♋	♌	♍
♉	♊	♋	♌	♍	♎

Tetragona

♈	♉	♊	♌
♉	♊	♋	♍

Trigona

♈	♊	♌
♉	♋	♍
♊	♌	♎
♋	♍	♏

Opposita.

♉	♋
♊	♌
♌	♍
♍	♎

Cha-

Characteres aspectuum Planetarum.

Trigonus



Quadratus.



Hexagonus



Diametralis



Coniunctionis nota.



De aspectibus planetarum vide Ioh. Stoflerinum in lib. de usu astrolabii. part. 2. proposit. 55. ubi & alios enumerat, qui de aspectibus scripserunt.

Signifer, quem Græci vocant ζωδιακὸν] Aπὸ τῶν ζωδίων, quod duodecim animalium effigies descriptas contineat. Plinius lib. II. cap. 1 v. Aur. Macrob. in Somn. Scipion. cap. XXI. Huius inventum alii Pythagoræ, alii Oenopidæ Chio, Plutarch. lib. II. d. Placit. philos cap. XII. alii Anaximandro Milesio tribuunt. Plin. lib. II. cap. VI 11.

Hic in duodecim partes] Videndus Gemini de apparent. cœlest. in pr. Auson. Eidyll. XIII.

*Signifer inde subest, bis sex & sidera compleat.
Hic Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, (nā
Libraq;), Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vr-
Qui tenet, & Pisces.*

D 5

Locum

Locum conceptionis] Quem in genethliologiæ ratione sequutus dicitur Achinapolus, teste Vitruvio lib. ix. cap. vii. & alii veteres Astrologi. Tertull. lib. de anima. c. 25. in fine. V. Augustin. lib. 5. de civit. Dei. c. 5.

Sunt autem hæ particulæ in unoquoque signo tricenæ] Geminus de apparent. cœlest. pag. 3. πάλιν ἐκαστον τὸ μωδεκαπημορίων διατεῖται εἰς μέρη λ. καὶ καλεῖται τὸ ἐν τῷ μητρὶ μοῖρας, αὐτεὶ τὸ κύκλου τὸ ζῳδίων τελέχειν ζῳδία μὴν, μοῖρας δὲ τοξοῦ. Idem testatur Sext. Empir. advers. Mathem. cap. xxii. Iul. Firm. lib. ii. cap. iv. Suid. in ἴπποχῇ. B. Ambros. lib. 4. Hexaëm. c. 4.


Deas Fatales nuncupant μοῖρας] Hinc Glossario veteri μοῖρα Fatum est, & μοῖραι Parcae: uti etiam Suidæ & auctori Etymologici μοῖρα est εἱμαρμῆνη. Vid. Gell. lib. i. cap. xv. Euripides in Elect. vers. 1247.

--- τάντος θεού τὸ ζεῦ

Πρώτων, ἀμοῖρα Ζεὺς τὸ ξεργενές πέρα.
Hacse μοῖρας Iul. Firmic. lib. ii. cap. iv. ait esse infinita potestatis, & licentia, & qua fata hominum potestatis sua auctoritate designent. Vid. Ioh. Tzetz. ad vers. Hesiod. lib. i. Ζεὺς υψηλεμέτης. &c.

Sol

Sol ergo] Vid. subiectum schema.



Ponit istud schema Georgius Purbachius in Theoricis planetarum ab Erasmo Reinholdo figuris auctis. Valentinus Nabod in narratione elementorum astrologiae. Franciscus Barocius lib. 4. Cosmographiae. c. 4. Elias Vinetus in comment. ad Eidyll. 12. Auffonii. Guliel. Philander in annotat. in Vitruv.

60 C E N S O R I N U S
truv.lib.9.c.4.Gaudent. Merula lib. 2. me-
morab. c.3.&c 13.

Vel decimo] Sic Aldus & editio Germa-
nica, quod & ratio ipsa suadet. Carrio male
Vndecimo.

C A R I T I X.

HAc Chaldaeorum sententia explicata,
transeo ad opinionem Pythagoricam,
Varroni tractatam in libro, qui vocatur Tu-
bero, & intus inscribitur, De origine huma-
na. quæ quidem ratio præcipue recipienda
ad veritatem proxime videtur accedere. alii
enim plerique, cum omnes partus non uno
tempore fiant matari, una tamen eademque
tempora omnibus conformandis dederunt.
ut Diogenes Apolloniates, qui masculis ait
corpus quatuor mensibus formari, & femi-
nis quinque. vel Hippo, qui diebus sexa-
ginta infantem scribit formari; & quarto
mense carnem fieri concretam, quinto un-
gues capillumque nasci; septimo iam homi-
nem esse perfectum. Pythagoras autem (quod
erat credibilius) dixit, partus esse genera duo,
alterum septem mensium, alterum decem: sed
priorem aliis dierum numeris conformari,
aliis posteriorem. eos vero numeros, qui in
unoquoque partu aliquid afferunt mutationis,
dum aut semen in sanguinem, aut sanguis in
carnem, aut caro in hominis figuram con-
vertitur,

vertitur, inter se collatos rationem habere eam, quam voces habent, quæ in musica σύμφωνοι vocantur.

IN CAPUT IX.

UNa tamen eademque] Imo diversa. Nam Diogenes Apolloniates aliter sentit, aliter Hippo; Pythagoras item aliter, & Empedocles, Asclepiadesque, quorum opiniones extant apud Plutarch.lib.v.de Placit. Philosoph. cap. xxii. Hippocrates sane masculi conformatio nem diebus triginta, fœminæ quadraginta duobus fieri existimavit. Verba eius in libro de natura pueri hæc sunt: Εγέρνεν δη μαίνον, καὶ εἰς τὴν αφικνέεται, τὸ μὲν θῆλυ τὸν πεώτιον πῆξιν, ἐν τεσταράκοντα ἡμέρησι καὶ δύο τὸ μακρόζετον. τὸ δὲ ἄρσεν ἐν τελίκοντα ἡμέρησι τὸ μακρόζετον. ὡς γὰρ ἐπιπολὺ ξυμβαίνει ἐν ταῖς τῷ χρόνῳ, ἡ ὀλίγῳ μείον, ἡ ὀλίγῳ πλείον ταῦτα Διχρήθραθαι. Hippocratem sequutus est Lactant. de Opif. Dei cap. xi. Vid. Censorin.inf.cap.xi. At Aristoteles lib. vii. de hist.animal.cap. i i i. longius tempus statuit, nimirum in masculis quadraginta dies, in fœminis tres menses.

Partus esse genera duo] Diogenes Laertius ex Pythagoræ sententia tria genera memorat. Τοῦτον τὸν αρμονίας λόγον, ἐπίλα, οὐκέτια, ηδέκα τὸ πλείστον μηδεὶς τελευθὲν, διπλούσκεσθαι τὸ βρέφος.

Quam

Quam voces habent] Vide Guliel. Philandri annotat. in Vitriv. lib. i. c. i.

C A P U T X.

Sed hęc quo sint intellectu apertiora, prius aliqua de musicæ regulis huic loco necesse faria dicentur; eo quidem magis, quod ea dicam, quæ ipsis musicis ignota sunt. nam sonos scienter tractavere, & congruenti ordine reddidere illos : ipsis autem sonis motuum modum mensuramque invenere geometræ magis, quam musici. Igitur musica est scientia bene modulandi. hęc autem est in voce, sed vox alias gravior mittitur, alias acutior. singulæ tamen voces simplices, & ut cunque missæ, φθύγοι vocantur. discriminem vero, quo alter φθύγος acutior est, alter gravior, appellatur διαστημα. Inter infimam, summamque vocem, multa esse possunt in ordine posita diastemata: quæ alia aliis maiora, minorave. ut est illud, quod τόνοι appellant, vel hoc minus ημιτόνοι, vel duorum, triumve, ac deinceps aliquot tonorum intervallum. Sed non promiscue voces omnes cū aliis int liber iunctæ, concordabiles in cantu reddunt effectus. Ut litteræ nostræ, si inter se passim iungantur, & non congruenter, sæpe nec verbis, nec syllabis copulandis concordabunt: sic in musica certa quædam sunt intervalla, quæ symphonias possint efficere. Est autem symphonnia

nia duarum vocum disparium inter se iun-
tarum dulcis concentus. Symphoniae sim-
plices ac primæ, sunt tres, quibus reliquæ
constant: una duorum tonorum & hemito-
nii habens $\Delta\lambda\sigma\tau\mu\alpha$, quæ vocatur $\delta\lambda\sigma\tau\alpha\zeta\omega\nu$: altera trium & hemitonii, quam vocant
 $\delta\lambda\sigma\tau\pi\acute{e}rte$: tertia est $\delta\lambda\sigma\tau\pi\acute{e}\omega\nu$: cuius $\Delta\lambda\sigma\tau\mu\alpha$
continet duas priores. Est enim vel sex to-
norum, ut Aristoxenus musicique asseve-
rant; vel quinque, & duorum hemitonio-
rum, ut Pythagoras, Geometræque: qui de-
monstrant, duo hemitonia tonum completere
non posse. quare etiam huiusmodi interval-
lum Platonis abusive $\eta\mu\iota\tau\acute{o}\nu\circ\iota\circ\circ$, proprie autem
 $\delta\lambda\epsilon\sigma\iota\circ\circ$ vel $\lambda\acute{e}\mu\mu\alpha$ appellatur. Nunc vero, ut
aliquid appareat, quemadmodum voces, nec
sub oculos, nec sub tactum cadentes, habere
possint mensuras: admirabile Pythagoræ re-
feram commentum: qui, secreta naturæ scruti-
tando, reperit, phthongos musicorum conve-
nire ad rationem numerorum. nam chordas
æque crassas, parique longitudine diversis
ponderibus tetendit: quibus sæpe pulsis, nec
phthongis ad ullam symphoniam concor-
dantibus, pondera mutabat, & id identidem
frequenter expertus, postremo deprehendit,
tunc duas chordas concinere id, quod est $\delta\lambda\sigma\tau\alpha\zeta\omega\nu$, cum earum pondera inter se col-
lata rationem haberent, quam tria ad qua-
tuor. quem phthongum arithmeticci Græci

ἴπιτελον vocant, Latini Supertertium. At eam symphoniam, quæ δῆ τέρτη dicitur, ibi invenit, ubi ponderum discrimen in sesquitercia est proportione, quam duo faciunt ad tria collata, quod ἡμάλιον appellant. cum autem altera chorda, duplo maiore pondere, quam altera, tenderetur, & esset θαλασίως locus, διὰ πασῶν sonabat. Hoc & in tibiis, si conveniret, tentavit: nec aliud invenit. nam quatuor tibias pari cavo paravit, impares longitudine. Primam (verbi caussa) longam digitos sex: secundam, tertia parte addita, id est, digitorum octo: tertiam, digitorum novem, fescuplo longiorem, quam primam: quartam vero duodecim digitorum, quæ primam longitudine duplicaret. His itaque inflatis, & binarum facta collatione, omnium musicorum auribus approbavit, primam & secundam reddere eam convenientiā, quam reddit Δῆ τετάρτων symphonia, ibique esse proportionem supertertiam. Inter primam vero, ac tertiam tibiā, ubi fescupla proportio est, resonare Δῆ τέρτη. Primæ autem, quartæque intervallum, quod habet duplam portionem, διαινυεῖ facere Δῆ πασῶν. Sed inter tibiarum, chordarumque naturam, hoc interest, quod tibiæ incremento longitudinis sunt graviores, chordæ autem, augmento additi ponderis, acutiores. utrobique tamen est eadem proportio.

IN

IN CAPUT X.

NAM sonos scienter tractavere, & con-
gruenti ordine reddidere illos] Hæc est
lectio Aldinæ & German. editionis quæ sane
tolerari potest: aut si illa displicet, ex editione
Carrionis expungendum ~~in~~ illorum, aut pro
tractavere, & reddidere, legendum trattare &
reddere.

Musica est scientia] Eadem est Cassiodo-
ti definitio. Bacchius autem ita definit: με-
σική ἐστι εἴδησις μέλος, καὶ τὸ τέλος μέλος συμβα-
νόντων. Ptolemæus initio lib. τέλος μεσικῆς.
Μεσική ἐστι ρυθμός, καὶ μέλος, καὶ πάσος ὀργανικῆς
θεωρίας θετική. Alius vetus Musicus anonymus MS. Μεσική ἐστιν θετική τοῦ μέλους τέ-
λειον, θεωρητική τε τῶν ἐν αὐτῷ καὶ τοῖς μέρεσιν
αὐτῆς. Vel, ἔξις θεωρητική τε, ἐπερχεταική, καὶ
ποιητική τὸ τέλειον μέλους.

Φθόγοις vocantur] Φθόγοις Vitruvius lib.
v. cap. iv. *Sonitus* interpretatur. Boëtius au-
tem lib. i. Music. cap. viii. & Chalcid. in
Comment. in Timæum Platonis pag. 47. *Sonus*. Est autem φθόγος Bacchio, φωνής ἐμμε-
λῆς πλάσις θητὴ μίαν τάσιν. quam definitionem
sequutus est Boëtius dicto loco his verbis:
*Sonus est vocis casus emmeles, id est, aptus melo, in
unam intensionem.* Ptolemæus lib. i. Harmo-
nicor. cap. iv. sic definit: φθόγος sonus est, u-
num cundemque sustinens tonum. Psellus

autem sic: φθόγγῳ ἐσὶ φωνῆς αἰδιασάτες ἐναρμόνῳ τάσις.

Appellatur διάσημα] διάσημα, id est, intervallum. Vitruv. lib. v. cap. iv. Bacchio est διαφορὴ δύο φθόγγων αὐομίων ὀξύτηπη βαρύτηπ. Boët. lib. i. Music. cap. viii. Soni acuti gravisque distantia. Martiano Capellæ lib. ix. vocis spatiū, quo acuta & gravior includitur. Psello φθέγγων η τεχνή αἰδιὰ λαχοῦρα χέσις. Vid. Isidor. lib. iii. Orig. cap. xix.

Tónov appellant] Tonus est, definitore Martiano Capella lib. iv. spatiū cum legitima quantitate, quod ex duobus sonis diversis inter se invicem continetur. Vid. Isidor. dicto loco.

Ut litteræ nostræ] Hæc ab Aristoxeno mutuatus est lib. ii. Harmonicor. pag. xxv. cuius verba, ut ea latine reddidit Antonius Gogavinus, hæc sunt: *Est autem huiuscmodi quedam in canoro & cantui inidoneo series, qualis est literarum quoque inter differendum composicio: non enim temere ex iisdem elementis composita syllaba emergit, sed certo modo.*

Symphonia duarum vocum] Symphonia Vitruvio est concentus, lib. v. cap. iv. Bacchius autem sic definit: συμφωνία ἐσὶ κρᾶσις δύο φθέγγων αὐομοίων ὀξύτηπη βαρύτηπ λαμβανομένων. ἐν ᾧ γάρ πι μᾶκλον τὸ μέλον φαίνεται τῇ βαρυτέρᾳ φθέγγῳ οὐτερῷ ὃ ὀξυτέρῳ, γάρ δὲ τῷ ὀξυτέρῳ οὐ περ τῷ βαρυτέρῳ. Brevius Boëtius lib. i. Music.

sic. cap. viii. *Consonantia est acuti soni gravis que mixtura, suaviter uniformiterque auribus accidens.* Cassiodorus autem lib. de Musica. *Symphonia est temperamentum sonitus gravis ad acutum, vel acuti ad gravem, modulamen efficiens: sive in voce, sive in percussione, sive in flatu.* Vid. Isidor. lib. iii. cap. xix.

Simplices ac primæ sunt tres] Vid. Martian. Capell. lib. ix. His autem totidem adiduntur compositæ, διαποτῶν & διατεσάρων, διαποτῶν καὶ διαπέντε, δις διαποτῶν. Vid. Baccchium lib. de Musica. Vitruvium lib. v. cap. iv. Macrob. lib. ii. in Somn. Scip. cap. i. Plutarchi. in libello de ē apud Delphos pag. 693. Cassiodor.

Vel quinque & duorum hemitoniorum] Videndus Cl. Ptolemæus lib. i. Harmonic. cap. xi. Boët. lib. i. Music. cap. xix.

Duo hemitonia] Sic Germanica editio; idque rectum esse, constat ex præcedentibus hisce auctoris verbis, *vel quinque & duorum hemitoniorum.* Macrob. l. 2. somn. Scip. c. i.

Δίεσις vel λεῖμψα] Quid δίεσις, quid λεῖμψα, docet Vitruvius lib. v. cap. iv. Macrob. lib. ii. in somn. Scip. cap. i. Boët. lib. ii. Music. cap. xxvii. Chalcid. in Tim Plat. pag. 47. & seq. Bacchius, Psellus, Martianus Capella, Hesych. & Suid.

Admirabile Pythagoræ referam commentum] Qua ratione Pythagoras sonituum interalla

tervalla invenerit, tradunt Iamblich. lib. i. de vita Pythag. cap. xxvi. Boëth. lib. i. Music. cap. x & xi. Macrobius. lib. ii. in Somn. Scipion. cap. i. Cassiodor. de Musica. in pr.

Et id identidem frequenter] *Tò frequen-*
ter, utpote glossema præcedentis vocis identi-
dem, tollendum censeo.

Διωλασίω locus] An hoc rectum: an potius
 legendum διωλάσι@ λόγ@?

C A P U T XI.

His expositis, forsitan obscure, sed quam
 potui lucidissime, redeo ad proposi-
 tum: ut doceam, quid Pythagoras de nume-
 ro dierum ad partus pertinentium senserit.
 Primum, ut supra memoravi, generaliter
 duos esse partus dixit: alterum minorem,
 quem vocant septuagintastrem, qui decimo
 & ducentesimo die post conceptionem exeat
 ab utero; alterum maiorem, decimastrem,
 qui edatur die CCLXXIV. quorum prior ac mi-
 nor senario maxime continetur numero.
 Nam quod ex semine conceptum est, sex, ut
 ait, primis diebus humor est lacteus: deinde
 proximis octo, sanguineus: qui octo, cum ad
 primos sex accesserunt, faciunt primam sym-
 phonian *Διὰ τεσσάρων*; tertio gradu novem
 dies accedunt, iam carnem facientes: hi cum
 sex illis primis collati, sesquiplam faciunt ra-
 tionem, & secundam symphoniam *διὰ πέντε.*
 tum

tum deinceps sequentibus duodecim diebus, fit corpus iam formatum. horum quoque ad eosdem sex collatio, tertiam $\Delta\varphi^{\circ}$ παράν reddit symphoniam, dupli ratione subiectam. Hi quatuor numeri, VI. VII. IX. XII, coniuncti, faciunt dies XXXV. Nec immerito senarius fundamentum gignendi est. nam eum πέλεον Græci, nos autem perfectum vocamus: quod eius partes tres, sexta, & terria, & dimidia, id est, unus, & duo, & tres, cùndem ipsum perficiunt. Sed, ut initia seminis, & lacteum illud conceptionis fundamentum, primitus hoc numero absolvitur: sic hoc initium formati hominis, & velut alterum maturascendi fundamentum, quod est quinque & triginta dierum, sexies ductum, cum ad diem CCX. pervenit, maturum procreatur. Alter autem ille partus, qui maior est, maiori numero continetur, septenario scilicet, quo tota vita humana finitur; ut & Solon scribit, & Iudæi in dierum omnium numeris sequuntur, & Etruscorum libri Rituales videntur indicare. Hippocrates quoque, aliquique medici, in corporum valetudinibus non aliud ostendunt. namque septimum quemque diem κρίσιμον observant. Itaque, ut alterius partus origo in sex est diebus, post quos semen in sanguinem vertitur: ita huius in septem: &c, ut ibi quinque & triginta diebus infans membratur, ita hic pro portione, diebus

fere quadraginta. Quare in Græcia dies ha-
bent quadragesimos insignes. Namque præ-
gnans, ante diem quadragesimum non prodit
in fanum. & post partum quadraginta die-
bus pleræque fetæ graviores sunt, nec san-
guinem interdum continent. & parvuli fer-
me per hos dies morbidi, sine risu, nec sine
periculo sunt. ob qualis causam, cum is dies
præterit, diem festum solent agitare. quod
tempus appellant τετραεγνήσιν. Hi igitur
dies XL per septem illos initiales multiplica-
ti, fiunt dies ccxxx. id est, hebdomades qua-
draginta. Sed, quoniam ultimæ illius hebdo-
madis primo die editur partus, sex dies dece-
dunt: & ccLXXIIII. observatur. Qui nume-
rus dierum ad tetragonum illum Chaldæo-
rum conspectum subtiliter congruit. Nam
cum signiferum orbem diebus ccCLXV. &
aliquot horis Sol circumeat, quarta necessæ
est parte deinta, id est, diebus xc. & uno, ali-
quotque horis, tres quadras, reliquis diebus
ducentis septuaginta quinque non plenis,
percurrat, usque dum perveniat ad id loci,
unde conceptionis initium quadratus adspi-
ciat. Unde autem mens humana dies istos
commutationis speculari, & arcana naturæ
rimari potuerit, nemo miretur. hæc enim
frequens medicorum experientia pervidit:
qui, cum multas animadverterent semen non
retinere conceptum, compertum habuerunt,

id.

id, quod intra sex dies, septemve eiiciebatur, esse lacteum, & vocaverunt ἔχεντιν; quod postea autem, sanguineum, idque ἔκτειντος appellatur. Quod vero ambo partus videntur paribus dierum numeris contineri, Pythagoras imparem laudet, tamen à secta non discrepat. duos enim impares ccix. & cclxxix. dicit expleri; ad quorum consummationem aliquid ex sequentibus accedere, quod tamen diem solidum non afferat. Cuius exemplum videmus tam in anni, quam mensis spatio servasse naturam. cum & anni imparem dierum ccccxv. numerum aliquanto cumulaverit; & mensilunari ad dies unde triginta aliquid addiderit.

IN CAPUT XI.

UT supra memoravi] Cap. ix.

Sex, ut ait, primis diebus] Vide Macrobium lib. i. Somn. Scip. cap. v. D. Augustin. in octoginta tribus questionibus, question. 56.

Hi quatuor numeri.] v. Clement. Alexand. Stromat. 6. p. 279.

Τέλεον Græci] Euclides lib. 7. element. defin. 22. numerum perfectum sive. τέλεον ita definit. τέλεος δριθμός εἰσὶν, ὃ ποιεῖ μέρεσιν οὐκ ὥν. Adde Vitruv. lib. 111. cap. 1. Nicomachum Gerasens. lib. 11. Theolog. arithm. pag. 22. Augustin. lib. xi. de civit. Dei cap. xxx.

& lib. 4. de trinit. c. 4. Cassiodor. lib. 1. Variar. Epist. x. Item in lib. de Arithmetica, & lib. de amicit. Martian. Capell. lib vi 1. Boët. lib. 1. Arith. c. 15. Philon Iud. *ωφι' κοζμοντι.* p. 2. Ioh. Damascen. de transfigur. Domini. p. 29. Auson. epist. 18. Cœl. Rhodigin. lib. 22. lect. antiqu. c 11.

Vnus, & duo, & tres] Colloca figuras
hac serie. } 1. Sexta
2. Tertia
3. Dimidia } pars.

^{6.} Ad diem ducentesimum decimum] Hippocrates lib. de Septimest. part. in prin. & Polybius apud Clement. Alexand. Strom. vi. pag. 290. Ulpianus in L. *Intestato.* 3. §. fin. D. *De suis & legit.* brevius tempus recipiunt, videlicet dies centum octoginta duos.

Septenario scilicet] Vid. Gell. lib. 111. cap. x. & Macrob. lib. 1. in Somn. Scipion. cap. v. Hanc vero numerorum virtutem ridet & explodit Galen. lib. 111. de dieb. decret. cap. viii.

Vita humana finitur] Verbū *finitur*, quod in editione Carrionis omissum erat, ex Germana & Aldina adiecimus.

Solon scribit] Vid. inf. cap. xiv.

Iudæi] Vid. Basil. Magn. in hexame. homil. 11. Gregor. Nazianzen. *εἰς τὴν αἴγιαν περιθυγῆντα.*

Libri Rituales] Citantur iidem inf. cap. xvii. & à Festo in *Rituales*, & Ammiano Mar-

Marcell. lib. xvii. pag. 106. lib. xxii. p.

264.

Hippocrates quoque] Hippocrates lib. de Septimest. partu. αἱ μῆνὶς ἐν ημέραις ὅπλοι μό-
τεραι εἰσιν ἢ τοῖς αἰτείσαις αἵτε πεῶπτη καὶ ἑβδομά-
δαι. πολλαὶ μῆνὶς τοῦτος γενετικός, πολλαὶ δὲ καὶ τοῖς εμ-
βρύνοις &c. Vid. Alexand. Aphrod. lib. ii.
problem. 47. Gell. lib. iii. cap. x. Gaudent.
Merul. lib. 2. memor. c. 3. Fabric. Paduan. in
catena temp. annulo 30.

Membratur] Αγεθρεῖται. quo verbo usus
est Hippocrates lib. de natura pueri.

Post partum quadraginta diebus] Lege
Moysis, si mulier masculum peperisset, tri-
ginta tribus diebus manebat in sanguine; sin
vero fœminam, sexaginta sex. Levit. xii. Hip-
pocrates brevius tempus statuit. Censet
enim, mulieribus à partu, si fœminam sus-
ceperint, purgationem fieri duobus & qua-
draginta diebus; sin marem, triginta. lib. i.
de morb. mulier. item, de natura pueri. Ari-
stotel. lib. vii. histor. animal. cap. iii. con-
tra sentire videtur. modo locus ille non sit
corruptus: αἱ δὲ καθάρσεις. Φοιτῶσι ταῖς αἰτείσαις
ὅπλη πνεῦμα χρόνον συστηληφύσαις, ὅπλη μῆνὶς ἡ θηλειῶν,
τελάκονθημέρας μαλισκα. τοῦτο πεπλαργήκοντες δὲ
ὅπλη τὰ αρρένων. καὶ μᾶλις στὸν τόκον δὲ αἱ καθάρσεις
βύλονται τὰ αὐτὸν δέριθμὸν διποδίδονται τετταγ. No-
vell. Leonis 17.

Per hos dies morbidi] Hippocrat. de

E s

Septi-

Septimest. part. & Aphor. xxviii. Plin. lib. vii. cap. v. Celsus lib. i. cap. i. Maxime, omnis pueritia primum circa quadragesimum diem pericitatur.

Sine risu] Aristotet. lib. vii. de hist. animal. cap. x. τὰ δὲ παιδία ὅτεν γέμωνται πρότεροι αράχοντας ήμερῶν, ἐγενηρότα μὲν, γελᾷ γέτε δαρκύνει, νύκτας δὲ ἐνίστε αὔμφω. Idem narrat Antigon. pag. 140. τὰ δὲ παιδία ἄχει γένης τετταράκοντας ήμερῶν, ἐγενηρότα μὲν γελᾷν, γέδει δαρκύνειν. Συνθέντα δὲ αὔμφότερον. Solin. cap. iv. Nascentium vox prima vagitus est. Latitiae enim sensus differtur in quadragesimum diem. Plinius in proœmio lib. vii. At hercule risus præcox ille & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. Quod tamen negat Hippocrates de Septimestri partu. εὐ τε γέ, inquit, πᾶς ὑπνοισιν ἔστιν δύθεως ἐπὶ τὸν γέμωνται. γελῶντας φαίνεται τὸ παιδία καὶ κλαίονται. ἐγενηρότα τε αὐτόματα, διθέως γελᾷ τε καὶ κλαίει, πρόδειν ἡ περαράκοντας ημέραις γένοιστο. Zoroaster certe eodem die, quo genitus est, risisse fertur. Plinius lib. vii. cap. xvi. Solin. cap. iv. De parvolorum risu quid sentiendum, vide Hieronym. Garimbart. lib. i. problem. 8 & Laurent. Ioubert. lib. 3. de risu c. 9.

Diebus nonaginta] Sic legendum esse, uti & paulo post, septuaginta quinque, ratio & calculus ipse indicat. Nam si $365\frac{1}{2}$ dies, quibus annus constare putatur, quadripartito divid-

das,

das, resultant inde dies 91. & $7\frac{1}{4}$ horæ. quibus dematis, remanent dies 275. minus sesqui-hora.

Unde autem mens humana] Vide histriam de fidicina genituram sex dierum efficiente, relatam ab Hippocrate lib. de nat. pueri. Lege eiusdem librum de carnib.

Et vocarunt ἔκρυστιν] Ita legendum, non ἐκρύστιν, vel ἔκρυνον, ut vulgo, & statim, ἐκτεωμὸς, non ἀτεωμός aut ἐκτεομός, docet Aristoteles lib. vii. de hist. animal. cap. 111. καλῶνται δὲ ἐκρύστεις μὴν αἱ μέχει τῷ ἐπὶ λαίημερῶν Αἰγαῖοντος ἐκτεωμοὶ δὲ αἱ μέχει τῷ πελαράκοντα. Hippocrat. lib. de Septim. part. αἱ μὴν ἔκρυστεις πεπομοτά) εἰσὶν ἐν τοῖς τολείσοις, αὖτε πεπάτει καὶ ἐβδομάδαις. πολλαὶ μὲν τοῦται νύσσαι, πολλαὶ δὲ καὶ τοῖς ἐμβρύοις. τεωμοὶ τε γὰρ γίνονται καὶ οἱ τολεῖσοι ταῖς ὥμεροις. ὄνομά γε τοι δὲ τὰ τηλεκαῦτα ἐκρύστεις, αὐτὸν δὲ τεωμοί.

Anni imp. dier. trec. sexaginta quinque] Perperam legebatur in editione Carrionis, trecentorum quadraginta quinque.

C A P U T XII.

NEc vero incredibile est, ad nostros natales musicam pertinere. hæc enim, sive in voce tantummodo est, ut Socrates ait ; sive, ut Aristoxenus, in voce & corporis motu; sive in his, & præterea in animi motu, ut putat Theophrastus : certe multum obtinet divini-

divinitatis, & animis permovendis plurimum valet. Nam, nisi grata esset immortalibus diis, qui constant ex anima divina: profecto ludū scenici, placendorum deorum causa instituti non essent: nec tibicen omnibus supplicationibus, in sacris ædibus adhiberetur: non cum tibicine triumphus ageretur: non Apollini cithara, non Musis tibiæ, cæteraque id genus essent attributa; non tibicinibus, per quos numina placantur, esset permisum, aut ludos publice facere, ac vesci in Capitolio, aut Quinquatribus minusculis, id est, Idibus Iuniis, urbem vestitu quo vellent, personatis temulentisque pervagari. Hominum quoque mentes, & ipsæ (quamvis Epicuro reclamante) divinæ, suam naturam per cantus agnoscunt. denique, quo facilius sufferrant laborem, vel in navis metu à vectore symphonia adhibetur. legionibus quoque in acie dimicantibus, etiam metus mortis classico depellitur. Quamobrem Pythagoras, ut animum sua semper divinitate imbueret, prius quam se somno daret, & cum esset expergitus, cithara, ut ferunt, cantare consueverat. & Asclepiades medicus phreneticorum mentes, morbo turbatas, sæpe per symphoniam suæ naturæ reddidit. Erophilus autem, artis eiusdem professor, venarum pulsus rhythmis musicis ait moveri. Itaque, si & in corporis, & animi motu est harmonia;

nia: proculdubio à natalibus nostris musica
non est aliena.

IN CAPUT XII.

ET animis permovendis] Vid. Cicer. lib.
11. de Legibus. Macrob. lib. II. in Somn.
Scip. cap. 111. Dionys. Longin. ~~αεὶ υψες~~ pag.
59. Isidor. lib. 111. Orig. cap. xvi. Alexand.
Aphrod. lib. 1. problem. 78. & 119. Hieron.
Magium. lib. 4. miscell. c. 13. Ioh. Langium
lib. 3. epist. medicin. 6.

Ludi scenici] Vid. Valer. Maxim. lib. 11.
cap. iv.

Tibicen omnibus supplicationibus] Ti-
bicines sacrificiis adhibitos fuisse, omnibus
constat ex Livio, Horat. Virgil. Isidor. lib.
111. Orig. cap. xx. Ovid. vi. Fast.

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis.

Cicer. Tuscul. qu. 4. Inscript. vet. apud
Gruter. p. 269. TIBICINES ROMANI QUI
SACRIS PUBLIC. PRÆST. SUNT. Macro-
crob. lib. II. Somn. Scip. cap. 111. Ideo
canere cælum etiam Theologi comprobantes, sonos
musicos sacrificiis adhibuerunt, qui apud alios tyra
vel cithara, apud nonnullos tibiis aliisve musicis in-
strumentis, fieri solebant. Dion. Chrysost. Orat.
ad Alexandrinos: θεοῖς μὲν μέλεις θύμη. Hinc
Præcentoria tibia, quarum locus est ad pulvina-
ria præcinendi, teste Solino cap. xi. Et tem-
plorum tibicines, apud Iul. Firmic. lib. iv. cap.

vii.

vii. Et *sacrorum*, apud Gell. lib. i. cap. xi i. Ioh. Guliel. Stuck. de *sacris sacrificiisq; gentil.* p. 112.

Cum tibicine triumphus] Flor. lib. ii. cap. ii. Duilius Imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à cena rediret, pralucere funalia, precinere sibi tibias iussit, quasi quotidie triumpharet. Plutarchus tamen triumpho tubam assignat, ovationi tibiam: cuius verba in Marcelllo sunt hæc: εὐαν Εὐληνες, οὐαν δὲ Ρωμαιοι καλλον. πέμπει δὲ αὐτὸν σύκη θητὴ τεθρίππη Βεβηκῶς, γέδε μάφυης ἔχων σέφανον, γέδε ωθισταλπιζόμενος, αὐλαὶ πεζός ἐν βλαύταις, εἰσ' αὐλητῶν μάλα πολλῶν καὶ μυρρίνης σέφανον θητεῖμενος.

Non Apollini cithara] Apollinem cum cithara veteres nummi passim repræsentant. Suid. Απόλλωνος ἀγάλμα κιθάραν θητὴ χειρῶν ἔχων ωλάττεσι. Observandum tamen, non Apollini tantum & Musis, instrumenta musica attributa fuisse ab antiquis, sed etiam reliquis Diis. Causam eius rei exponit Plutarch. ωθεὶ τῆς ἐν Τιμαιώ φυχαγ. circa fin. οἵτε πάλαι θεόλογοι πρεσβύτεροι φιλοσόφων ὄντες, ὅργανα μυσικὰ θεῶν κλεψείεργον αἴγαλμασιν. γέχεις λύραν τῷ καὶ αὐλὸν, αὐλαὶ γέδεν ἔργον οἰόμενοι θεῶν οἷαν αἴριονταν εἶναι καὶ συμφωνίαν. Vid. eundem ωθεὶ μυσικῆς. pag. 2081.

Ludos publice facere, ac vesci in Capitolio] Vid. Liv. lib. ix. Valer. Max. lib. ii. cap.

cap. v. Plin. Secund. de vir. illust. in Appio Claudio.

Quinquatribus minusculis] Varro lib. iv. de ling. Lat. *Quinquatus minusculæ dictæ Iunie Eidus, ab similitudine maiorum, quod tibicines tum feriati per urbem vagantur, & convenient ad eadem Minerva.* Vid. Fest. in *Minuscule quinquatus.* Ovid. lib. vi. Fast. Plutarch. Quæst. Rom. 55. sed ibi perpetuam legitur *Idibus Ianuariis, pro Iuniis.*

Epicuro reclamante] Vide Ciceron. lib. 1. Tuscul. quæst.

In navis metu] An motu legendum? an ut alii volunt *meatu*, vel *metatu*? dispicias. Cæterum de symphonia nautica Ascon. Pædian. in Orat. Cicer. in Verrem. *Canis remigibus celeuma per symphoniacos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam, & ut in Argo navi, per citharam.* Quintil. lib. i. cap. xiv. *Siquidem remiges cantus hortatur.* Isidor. Orig. lib. 111. cap. xv. Pet. Chrysolog. serm. 10. in pr.

Legionibus quoque] In præliis alii tuba, alii tibia, alii cithara, alii aliis denique instrumentis utebantur. Testantur Polyb. lib. iv. pag. 289. & seq. Plutarch. lib de Musica pag. 2088. Val. Max. lib 2. c. 6. nu. 2. Athen. lib. xiv pag. 626. & seq. Dion Chrysost. Orat. ad Alexandrinos. Polyæn. lib. 1. in *Procles.* Ælian. lib. 2. Var. hist. c. 44. Lucian. *ωδε' ορχήστης.* Seneca lib. 111. de ira, cap. 9. Gell. lib. 1. cap.

xii. Martian. Capell. lib. 9. Boët. lib. de Musica cap. i. Pollux lib. iv. cap. xi. Isidor. lib. iii. Orig. cap. xvi.

Quamobrem Pythagoras] Quintilian. lib. ix. Instit. Orat. cap. iv. *Pythagoreis certe moris fuit, &c cum evigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores: & cum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationum, compонerent.* Cicer. Tuscul. quæst. 4. Senec. lib. 3. de ira c. 9. Malch. de vita Pythagoræ. Iamblich. lib. i. de vita Pythagoræ. Iamblich. lib. i. de vita Pythagoræ cap. xxv. circa fin. Plutarch. de Iside & Osir. non longe à fin. Aelian. lib. xv. var. hist. cap. xxiiii. Athen. lib. xv. pag. 624. D. Ambros. lib. iii. de Virginib. Boët. de Musica, lib. i. cap. i. Indi, à quibus Pythagoras illud fortasse accepit, idem fecerunt. Nam illi regem suum dormitum euntem, cum symphonia accedebant, ut Philostratus narrat lib. 2. de vita Appollonii c. 14. hisce verbis. Τοιαῦτα διελεγόμενα αὐτῶν, ἐπεισῆλθεν οἱ μυρῷ αὐλῷ αἴμα. ἔρομέν τοις αὐτοῖς οὐδὲν τὸ βασιλέα, οὐ πέφελει οὐ κῶμον. Γνθοὶ, ἔφη, τοῦτον νέστης τῷ βασιλεῖ φέδον, ἐπειδὴν τοὺς τῷ καθεύδειν γίνηται, οὐκέτε σοί γε αἴσχοις γλυπθαί, γλυπτού τε αἰσθαδαί, ηγέρημενοι τοῖς ταπεικοῖς.

Expergitus] Al. *experrectus*. sed *expergitus antique*. Lucret. lib. 3. pag. 102.

--- nec

*--- nec quisquam expergitus exstat,
Frigida quem semel est vita pausa secuta.*

Et Asclepiades medicus] Martian. Capella lib. ix. Perturbationibus animorum corporeisque morbis medicabile crebrius carmen insonui. Nam phreneticos symphonia resanavi. Quod Asclepiades quoque medicus imitatus: cum, consulentibus urbium patribus, plebis inconditæ vulgus infremeret, seditiones accensas crebrior cantus inhibuit. Vid. Apollon. de mirabilib. histor. sect. 48. v. Pet. Messiam lib. 3. Var. lect. c. 12. Iohan. Brod. lib. 4. miscell. c. 31.

Erophilus] Martian. dicto loco. Plin. lib. xxix. cap. 1. Vitruv. lib. 1. cap. 1. Gell. lib. 111. cap. x. Achil. Stat. in prolegom. in Arat. pag. 89.

C A P U T XIII.

AD hæc accedit, quod Pythagoras prodidit, hunc totum mundum musica factum ratione: septemque stellas inter cœlum & terram vagas, quæ mortalium geneses moderantur, motum habere ἀρχήμον, & intervalla musicis diastematis congrua, sonitusque varios reddere, pro sua quamque altitudine, ita concordes, ut dulcissimam quidem concinant melodiam, sed nobis inaudibilem, propter vocis magnitudinem, quam capere aurium nostrarum angustiæ non possunt. Nam, ut Eratosthenes geometrica ratione

F colle-

collegit, maximum terræ circuitum esse stadiorum $cclii.$ millium : ita Pythagoras, quot stadia inter terram & singulas stellas essent, indicavit. Stadium autem in hac mundi mensura id potissimum intelligendum est, quod Italicum vocant, pedum $dcxxv.$ nam sunt præterea & alia, longitudine discrepantia. ut Olympicum, quod est pedum $dc.$ item Pythicum, pedum $cic.$ Igitur ab terra ad Lunam Pythagoras putavit esse stadiorum circiter $cxxvi.$ millia, idque esse toni intervallum: à Luna autem usque ad Mercurii stellam, quæ $\varsigma\lambda\zeta\omega\nu$ vocatur, dimidium eius, velut $\eta\mu\tau\acute{o}n\acute{o}v:$ hinc ad $\varphi\acute{a}\sigma\varphi\acute{o}g\acute{o}v,$ quæ est Veneris stella, fere tantundem, hoc est, aliud $\eta\mu\tau\acute{o}n\acute{o}v.$ inde porro ad Solem ter tantum, quasi tonum & dimidium. Itaque Solis astrum abesse à terra tonos tres, & dimidium, quod vocatur $\Delta\varphi\acute{\iota}\pi\acute{e}r\pi;$ à Luna autem duos & dimidium, quod est $\Delta\varphi\acute{\iota}\pi\acute{o}\sigma\acute{a}\rho\omega\nu:$ à Sole vero ad stellam Martis, cui nomen est $\pi\acute{u}\rho\acute{e}\iota\varsigma,$ tantundem intervalli esse, quantum à terra ad Lunam, idque facere $\pi\acute{v}\nu\acute{o}v:$ hinc ad Iovis stellam, quæ $\varphi\acute{a}\acute{e}\theta\omega\nu$ appellatur, dimidium eius, quod faciat $\eta\mu\tau\acute{o}n\acute{o}v:$ tantundem à Iove ad Saturni stellam, cui $\varphi\acute{a}\acute{i}\nu\omega\nu$ nomen est, id est, aliud $\eta\mu\tau\acute{o}n\acute{o}v:$ inde ad suimum cœlum, ubi signa sunt, perinde $\eta\mu\tau\acute{o}n\acute{o}v.$ Itaque à cœlo summo ad Solem diastema esse $\Delta\varphi\acute{\iota}\pi\acute{o}\sigma\acute{a}\rho\omega\nu,$ id est, duorum tonorum & dimidi: ad terræ

terræ autem summitem ab eodem cœlo tonos esse sex, in quibus sit ἡ πατῶν symphonia. Præterea multa, quæ musici tractant, ad alias retulit stellas, & hunc omnem mundum ἐράγμονιον esse ostendit. Quare Dorylaus scripsit, esse hunc mundum organum Dei. alii addiderunt esse idem τὸ χορεῖον, quia septem sunt vagæ stellæ, quæ plurimum moveantur. Sed his omnibus subtiliter tractandis hic locus non est: quæ si vellem in unum librum separatim congerere, tamen in angustiis versarer. quin potius (quoniam me longius dulcedo musica abduxit) ad propositum revertor.

IN CAPUT XIII.

PYthagoras prodidit] Athen. lib. xiv. Dipnosoph. pag. 632. καὶ γὰρ οὐ Πυθαγόρεις οὐ Σάμιος τηλικαύτην δόξαν ἔχων, ὅπερ φιλοσοφία κατέφαντες εἰνὶ ἐν πολλῶν, γ' παρέργως αἴψαμεν οὐ μυστικῆς. οὐ γέγονται τὰ δὲ παντὸς γοῖς δῆλα μυστικῆς διπλαῖναι συγκριθήσειν. Vid. Boët. lib. de Mus. cap. 11. Chalcid. in Timæum Plat. pag. 61. & 72. Sidon. Apollinar. catm. 15.

Vagas] *Vaga* hæ stellæ dicuntur, quod inordinatum (ut Apuleius libro de mundo inquit) ordinem servent. *Errones* Nigidio apud Gell. lib. 14. c. 1. Vid. Cicet. lib. 11. de nat. deor. Macrobius. lib. 1. in Somn. Scip. cap. xiv. Isidor. lib. 111. Orig. cap. lxxvi. Plato

lib. vii. de legib. pag. 582. Plin. lib. 2.
c. 6.

Mortalium geneses] *Αέτων* Vitruvius dixit
nascentiam lib. ix. cap. vii. Spartianus in An-
ton. Geta. *genituram*. Tertull. de Idolol. c. 9.
nativitatem.

Geneses moderantur] Id est, quod supra
cap. vii. ex opinione Chaldaeorum dixit, a-
Etum vitamque nostram stellis tam vagis,
quam statis esse subiectam. Iul. Firmic lib. i.
Astron. c. 3. Auson.

Omnia que vario rerum metimur in actu,
Astrorum dominatus agit. terrenaque tantum
Membra homini; è superis fortuna & spiritus
auris.

Seneca Consol. ad Marc. cap. xviii. *Videbis*
quinque sidera diversas agentia vias, & in contra-
rium præcipiti mundo nitentia: ex horum levissimis
motibus fortune popolorum dependent, & maxima
ac minima proinde formantur, prout æquū iniquūre
situs incessit. Sed hanc Genethliacorum vani-
tatem damnat ridetque Cic. lib. ii. de divin.
Sext. Empir. advers. Mathem cap. xxi. Gell.
lib. xiv. cap. i. Simplic. in Epi&tet. cap. i. Bar-
desanes Syrus apud Euseb. lib. vi. de præpar.
Euang. Origenes homil. iii. in Ierem. Ter-
tull. de Idolol. cap. ix. Basil. Magn. hom. vi.
in hexaëmer. Theodoret. quæst. in Genes. 15.
D. Ioh. Chrysost. Orat. 3. de fato. Augustin.
lib. 5. de civit. Dei. c. i. Leo pp. serm. 6. de
pass.

pass. Domini. in fi. Nemes. de nat. homin. c.36. Concil. Bracarens. i. ca. ix. Isidor. lib. 3. Orig. circa fin. Ioh. Saresber. lib. ii. Policr. cap. 19. & 24. Vid. Iul. Siren. lib. ix. de fato. Caspar Peucer. de divinat. gen.

Intervalla musicis diastem.] De hac cœlesti harmonia vid. Heraclid. Pontic. in allegoriis Homer. pag. 104. Chalcid. in Timæum Platon. pag. 72. Macrobius. lib. ii. in Somn. Scip. cap. iv. Nicet. Choniat. lib. i. Thesaur. orthod. cap. viii. Malch. in vita Pythag. Isidor. lib. iii. Orig. cap. xvi. D. Anselm. lib. i. de imag. mundi. cap. xxii. Exploditur autem ab Aristotel. lib. ii. de cœlo. cap. ix. Basil. Magno homil. iii. in hexaëmer. & D. Ambros. lib. ii. hexaëm. cap. ii. Adducitur quidem in hanc rem illud Iobi cap. xxxviii. v. 37. *Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet?* Sed à doctissimis Theologis locus ille aliter exponitur.

Nam ut Eratosthenes] Citatut hic locus à Cassiodoro lib. de Geomet. Eratosthenem autem laudat Strabo lib. ii. pag. 90. Ερατοσθένης, ὁ περὶ σκηνῶν Θράκων τοῦ μέγεθος τῆς γῆς σεδίων εἴκοσι πέντε μυριάδων καὶ διχιλίων. οὐκ εἴκοσι Ερατοσθένης δομοδίδωξ. Et Vitruvius lib. i. cap. vi. Plin. lib. ii. cap. 108. Eratostheni astipulatur Dionysiodorus apud Plin. lib. ii. cap. ult. & Macrobius. lib. ii. in Somn. Scip. cap. xx. Cleomedes autem lib. i. Meteor.

cap. i, Eratosthenis sententiam referens, de summa aliquantum detrahit. Ait enim, ambitum terræ continere ducenta quinquaginta millia stadiorum. Martianus autem Capella lib. viii. aliquid addit, cum ccccvi. millia stadiorum, & decem stadia circulo terræ asscribit. A quo nō longe discedit Aristoteles lib. ii. de cœl. cap. ult. in fin. his verbis: οὐ τὸ μαθηματικῶν σύν τὸ μέγεθος αναλογίας περῶν τὸ τοῦ φερεῖας (terre scilicet, eis περιεχόντα λέγοσιν εἶναι μυειαδας στάδιων. Vide sis Gulielm. Philandri annotationes ad sup. citatum locum Vitruvii, & Robert. Hues. in tractatu de globis, part. iii. cap. ii.

Stadium autem] Tria facit stadiorum genera; Italicum, Olympicum, & Pythicum, unumquodque dispari mensura. Nam Italicum tribuit pedes sexcentos viginti quinque, uti etiam Plin. lib. ii. cap. xxiiii. Columell. lib. v. de re rust. cap. i. Isidor. lib. xv. Orig. cap. xvi. Olympico pedes sexcentos. quot etiam Herodot. lib. i. pag. 167. Gell. lib. i, cap. i. Suid. in στάδιον, item μίλιον, & ωλέθρον. Pythico pedes mille. Sed inter Italicum & Olympicum stadium nullam esse differentiam, acutissime animadvertisit Lucas Pætus lib. i. de mensur. & ponderib. pag. 3. & Robert. Hues. tractat. de glob. part. iii. cap. ii. Nam pes Græcus excedit pedem Romanum semuncia. Sexcentæ autem semun-

ciae

ciae constituunt pedes illos viginti quinque, quibus pes Græcus Romano pede longior est. Porro notandum, octo stadia facere miliare Italicum. Polyb.lib. i i . pag 193. ταῦτα γὰρ οὐδὲ βεβημένα ποτε στοιχείωται καὶ σεδίσες ὄκτα διστάθμαις. Strabo lib.v i . pag.223. λογιζόμενά γένος μήποι πολλοὶ τὸ μίλιον ὄκτασεδίσιον. A quo non discrepat Plutarch.in Gracchis, pag.1535. τὸ γένος μίλιον ὄκτα σεδίσιον ὀλίγον δυοδέκα. Respexit enim ad pedem Græcum. Quod autem Suidas tradit, ἵπτα σεδίσιον πιθῆ μίλιον, pertinet ad morem sui temporis; ut evidentissime patet ex Iuliano Ascalonita, citato ab Harmenopulo lib. ii . Prompt.tit.4.§.21.

Pythagoras putavit esse stad. cir. cxxvi . mil.] Eandem distantiam secundum Pythagoræ opinionem, refert Plinius lib. ii . cap. xxii. Eratosthenes autem putavit Lunam à terra abesse septingenta & octoginta stadiorum millia. Plutarch.lib. ii . de placit. philosoph. cap.xxi.

Mercurii] Alii *Apollinis*. Plin. lib. ii . cap. viii . Achil. Stat. in prolegom. Arat, pag. 89.

Quæ Veneris] Alii Iunonis esse voluerunt. Timæus Locrus de anima mundi, pag. xii . Hygin. lib. ii . Astron. non procul à fine. Alii Isidis, alii Matris Deûm. Plin.lib. ii . cap. viii . Eadem stella & Lucifer & Vesper

dicitur. Plato in Epinom. Nam ὁπόταν θη-
καταδύτης τῷ ἡλίῳ, Εὐτερός ὁπόταν ἐπεγανί-
ζῃ αὐτός, Εὐφόρος est, teste Cleomedelib. i.
Meteor.cap. 111. Et hanc eius naturam Py-
thagoram primum deprehendisse, Plinius
auctor est.lib. ii. cap.viii. Diogenes vero
Laërt. hoc Parmenidi ascribit lib. ix. in vi-
ta Parmenid.


Stellam Martis] Quam alii Herculis di-
ixerunt. Hygin. & Plin. modo dictis locis. Ma-
crob. lib. 3. Saturn. c. 12. Achil. Statius in
proleg. Arat. pag. 89. Πυρόεις dicitur, quod
πάντων ἡτοῖς ἐρυθρότατον ἔχει χρῶμα, ut Plato
testatur in Epinomide.

Iovis stellam, quæ Phaëton] Aegyptiis
Osfiridis stella dicitur. Achil. Stat. loco dicto.

Saturni stell.c.Phœ.] Κατὰ τὸ δέ φημον ita di-
citur, quum sit obscurissima. Aegyptiis est
stella Nemesis. Achil. Stat. loco sup. notato.
Illud hoc loco obiter observandum, magnam
esse dissensionem inter doctos, de ordine er-
raticarum stellarum. Nam Pythagoræ or-
dinem, quem auctor noster approbavit, se-
quuti sunt Cic.lib. i.de divinat. & in fragm.
lib. vi. de republ. in Somn. Scipionis; Plin.
lib. ii, cap. xxii; Manil. lib. i. Astron. pag.
25; Gemin. de apparentiis cœlest. pag. 11;
Cleomed.lib.i. Meteor. cap. 111; Hygin. de
limit.agror. pag. 111; Chalcid. in Timæum
Plat. pag. 60; Suid. in ἐποχῇ; D. Anshelm.
lib.


Φθόγος, οὗτος γεωματικής θεωρίας γραμμής ἡ οἵη
F S Kρόνος

Inferenda ad pag. 89.



* pag. 60; Suid. in ἐποχή; D. Anshelm.
lib.

Inserenda ad pag. 89.



lib. i. de imag. mundi, cap. xxiiii; Nicet. Choniat.lib. i. thes. orth. cap. viii. Timæus Locrus autem, pag. 12, & Eratosthenes apud Chalcid. pag. 61, Macrobius.lib. i. Somn. Scip. cap. xix & xx, ex sententia Platonis, quæ refertur etiam à Plutarcho, lib. ii. de placit. philosoph. cap. xv, & de procreatione anim. pag. 1891, Stob. in Stob. in Eclog. phys. pag. 54, Iul. Firmic. lib. ii, cap. ii, hoc ordine illos disponunt: Luna, Sol, Mercurius, Venus, Mars, Iupiter, Saturnus. At Aristoteles lib. de Mund. pag. 376. Cic. lib. ii. de nat. deor. Apul. lib. i. de Mund. Achil. Stat. in Prolegom. in Arat. ita: Luna, Sol, Venus, Mercurius, Mars, Iupiter, Saturnus. Anaximander apud Stobæum, in Eclog. phys. pag. 53, Solem omnium supremum esse voluit, deinde Lunam, tum denique fixas errantesque stellas sequi.

Tonus esse sex] Ex figura, quæ sequitur, manifestius hæc cognosces. Plinius autem lib. ii, cap. xxiiii, & D. Anselm. lib. i. de imag. mundi cap. xxiiii, à terra ad summum cœlum tonos septem esse aiunt. Nam à Saturni stella ad signiferum auctor noster semi-tonium, illi sesquiplum, esse volunt. Pertinet huc etiam locus Achil. Statii in Prolegom. Arati, pag. 89. οἱ δὲ μυστικοὶ τὸν πέντετον, τὸν ζωδιακὸν κύκλον, ὡς τὸν αἴρματον, τάξιν ἔχειν φθόγγον, τὸν δὲ ζωματικὸν διεζόμενον· τὸν δὲ τὸν

Κρόνος ἐπέχειν λόγου τὸν ἀναρμονίαν τὸν διεζόδυγμάν τον
οὗτος διός τάξιν ἔχει τὸν μαστικήν φθόγγον, οὗτος καλεύ-
μάν τον Διονύσον διεζόδυγμάν τον. οὗτος Αἴρεως τάξιν ἔχει
φθόγγον οὗτος καλεύμάν τον παῖδα μέσον. οὗτος τάξιν
ἐπέψυ ϕθόγγον, παῖδες μαστικῆς τὸν μέσον. οὗτος τάξιν
διόπτης τάξιν ἔχει φθόγγον λεγομάν τον μέσον μιατόνιον.
οὗτος ήλιος, έπειτα μή τέ Γερτός, αλλὰ έκανε θεόθη, έταιρος
τάξιν ἐπέχων μέσον λιχαντον. οὗτος σελήνη, ένδομη
τούς, τάξιν ἐπέχει φθόγγον οὗτον λεγομάν τον παῖδα μέ-
σον. τὸ δέποτε γῆς μιαστημα μέχεται τὸ σελήνης, θέ-
λαστιν εἶναι πνευ δέποτε φθόγγον οὗτον τοῖς μαστικοῖς
παῖδας τον Διονύσον. Sed hæc iucunda magis,
quam necessaria subtilitate, ut Plinius ait,
differuntur.

[Τὸ χορεῖον] Atque inde Planetarum ἀνα-
μόνιον motum, χορεῖαν dixit Chalcidius in
Tim. Plat. pag. 91. Stellarum vero errantium
opera, qua propter modulatam & consonam cele-
brantur agitationem, quam iidem appellant χο-
ρεῖαν, in progressibus & amfractibus earundem
stellarum perspicue videntur. Lucian. οὐδὲ
χησ. οὐδὲ χορεία τῶν αἰσθέων, καὶ οὐδὲς σεν-
ατολαντεῖς τῶν αἰλαντών σύμπλοκή καὶ εὔ-
ρυθμός αὐτῶν κοινωνία, καὶ εὐτακτός αἱμο-
νία, τῆς πειστούντος ὄρχήσεως μείγματα ἴστι.

CAPUT XIV.

IGitur, expositis iis, quæ ante diem natalem
sunt: nunc, ut climaæterici anni noscantur,
quid de gradibus ætatis humanae sensum sit,
dicam.

dicam. Varro quinque gradus ætatis æquabiliter putat esse divisos; unumquemque scilicet, præter extremum, in annos xv. Itaque primo gradu usque ad annum xv. pueros dicitos, quod sint puri, id est, impubes. Secundo ad xxx. annum adolescentes, ab adolescendo sic nominatos. In tertio gradu qui erant, usque xlv. annos, iuvenes appellatos, eo quod rem public. in re militari possunt iuvare. In quarto autem ad usque lx. annum, seniores esse vocitatos, quod tunc primum senescere corpus incipiat. Inde usque finem vitæ uniuscuiusque, quintum gradum factum, in quo qui essent, senes appellatos, quod ea ætate corpus senio iam laboraret. Hippocrates Medicus in septem gradus ætates distribuit. finem primæ putavit vii. annum: secundæ xiv: tertiae xxix: quartæ xxxv: quintæ xlvi: sextæ lv: septimæ nonissimum annum vitæ humanæ. Solon autem partes fecit decem: & Hippocratis gradum tertium, & sextum, & septimum, singulos bifariam divisit, ut unaquæque ætas annos haberet septenos. Staseas Peripateticus ad has Solonis decem hebdomadas addidit duas, & spaciū plenæ vitæ quatuor & octoginta annorum esse dixit. quem terminum si quis præterit, facere idem quod ~~admodum~~ ac quadrigæ faciunt, cum extra finem procurrunt. Etruscis quoque libris Fatalibus

talibus ætatem hominis duodecim hebdomadibus describi Varro commemorat. quæ duo ad decies septenos annos posset fatalia deprecando rebus divinis proferri: ab anno autem octuagesimo nec postulari debere, nec posse ab diis impetrari. Cæterum, post annos octogintaquatuor à mente sua homines abire, neque his fieri prodigia. Sed ex iis omnibus proxime videntur accessisse naturam, qui hebdomadibus humanam vitam emensi sunt. fere enim post septimum quemque annum articulos quosdam, & in his aliquid novi natura ostendit. ut & in elegia Solonis cognoscere datur. ait enim, in prima hebdomade dentes homini cadere; in secunda, pubem apparere; in tertia, barbam nasci; in quarta, vires; in quinta, maturitatem ad stirpem relinquendam; in sexta, cupiditatibus temperari; in septima, prudentiam linguamque consummari; in octava, eadem manere; in qua alii dixerunt oculos albescere; in nona, omnia fieri languidiora; in decima, hominem fieri morti maturum * tamen in secunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem crassiorem, & inæquabilem fieri. quod Aristoteles appellat *τερπίζειν*, antiqui nostri hirquitallire, & inde ipsos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum o're incipiat. De tertia autem ætate adolescentium tres gradus esse factos in Græcia, prius

prius quam ad viros perveniat, quod vocent annorum quatuordecim παιδα: μελέφησον autem quindecim; dein sedecim, ἑφήσον; tum septemdecim, ἑξέφησον. Præterea multa sunt de his hebdomadibus, quæ mediæ ac philosophi libris mandaverunt. unde apparet, ut in morbis dies septimi suspecti sunt, ac κρίσιμοι dicuntur; ita per omne vitam, septimum quemque annum periculosem, & velut κρίσιμον esse, & κλιμακτηριόν vocari. Sed ex his Genethliaci alios aliis difficiliores esse dixerunt. & nonnulli, eos potissimum, quos ternæ hebdomades conficiunt, putant observandos, hoc est, unum & viceustum, & quadragesimum secundum, dein tertium & sexagesimum, postremum octogesimum & quartum, in quo Staseas terminum vitæ defixit. Alii autem non pauci unum omnium difficillimum κλιμακτηριόν prodiderunt, anno scilicet undequinquagesimo, quem complevit anni septies septenies ad quam opinionem plurimorum consensus inclinat. nam quadrati numeri potentissimi ducuntur. Denique Plato ille (venia cæterorum) philosophus sanctissimus, quadrato numero annorum vitam humanam consummari putavit, novenario, qui complet annos octuaginta & unum. Fuerunt etiam, qui utrumque reciperent numerum, undequinquagesimum & octogesimum unum: & minorem

norem nocturnis genesibus , maiorem diar-
nis adscriberent . Plerique aliter moti, duos
istos numeros subtiliter discreverunt, dicen-
tes, septenarium ad corpus , novenarium ad
animum pertinere. hunc medicinæ corporis,
& Appollini attributum; illum Musis ; quia
morbos animi, quos appellant μάγη , musica
lenire ac sanare consueverit. Itaque primum
κλιμακτήρες annum quadragesimum & no-
num esse prodiderunt; ultimum autem octo-
gesimum & unum; medium vero, ex utroque
permixtum, anno tertio & sexagesimo, quem
vel hebdomades novem, vel septem ennea-
des conficiunt. Hunc licet quidam pericu-
losissimum dicant, quod & ad corpus , & ad
animum pertineat; ego tamen cæteris duco
infirmiorem. Nam utrumque quidem su-
pradicatum continet numerum , sed neutrum
quadratum: & ut est ab utroque non alienus,
ita in neutro potens : nec multos sane , quos
vetustas claros nomine celebrat, hic annus
absumpsit. Aristotelem Stagiritem reperio:
sed hunc ferunt naturalem stomachi infirmi-
tatem , crebrasque morbidi corporis offen-
siones adeo virtute animi diu sustentasse , ut
magis mirum sit, ad annos sexaginta tres eum
vitam pertulisse, quam ultra non protulisse.

IN

IN CAPUT XIV.

CLIMACTERICI anni] De his infra.

Varro quinque grad. æt.] Varronis testimonio utitur quoque Servius lib. v. Aeneid. vers. 295. *Ætates Varro sic dividit: Infantiam, Pueritiam, Adolescentiam, Iuventam, Senectam.*

Pueros dictos, quod sint puri] Isidor. lib. xi. Orig. cap. ii. *Puer à puritate vocatus, quia purus est, & nec dum lanuginem floremque generum habens.* In Decreto Felicis PP. *Pueris, quod adhuc investes sunt, à puritate vocabulum est.* Qui locus etiam in Capitulari Karoli Mag. extat lib. v. cap. lxix. *De Investibus* vid. Fest. & Non. Marcell.

Ab adolescendo] Vid. Fest. in *Adolescit, & Suboles.* Nonnum in *Adolere.* Isidor. lib. xi. Orig. cap. ii.

In re milit. poss. iuvare] Macrobius. lib. i. in Somn. Scip. cap. vi. *Nonnullarum rerum publicarum mos est, ut post sextam (hebdomadem, id est, post annum XLII.) ad militiam nemo cogatur.*

Seniores esse vocitatos] *Senior & Iunior,* secundum Varronem, citatum à Servio in Coment. ad Virgilii lib. v. Aeneid. comparativi sunt per imminutionem: vel, ut Donatus inquit, ad Terent. Phorm. Act. 2. Scen. 3, qui non habent significationem à positivo. ut,

Iam

Iam senior; sed cruda Deo, viridisque senectus. Vid. Isidor. lib. xi. cap. 11. Callistratus IC. seniorum ætatem anno quinquagesimo & quinto definit. L. Non tantum. 11. D. de decurionib.

Inde usque finem vitæ] Gradum quintum ætatis à sexagesimo anno incipere Varro tradit, cum hic, tum lib. 11. de vita populi Rom. citante Nonio in *Sexagenarios*. At Dionysius Halicarnas. θεραπευτικ. pag. 114. à septuagesimo demum anno senes appellari tradit. Ultimus certe hic ætatis gradus, certum terminum, præter mortem, non habet. Unde Cicero in Catone Maiore inquit: *Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus.*

Senio iam laborant] *Quem enim* (inquit D. Hieronymus ad Psalm. lxxxix) *invenies octogenarium esse & sanum?* Dicit & Græca sententia: *Senectus ipsa morbus est.* Respexit vir senectus ad illud Apollodori, citatum à Donato in Phormioneum Terentii Act. 4. Scen. 1. μῆτρας ἐστὶν αὐτὸν νόον μα. Et senectus insanabilis morbus, teste Seneca lib. 1. Epist. 108. Vid. Nonum in *Senium*.

Hippocrates medicus] Hippocratis verba de ætatum gradibus, extant apud Philonem Iud. οἰκεῖον τὸν οὐονιαῖς, pag. 16. & Moschop. οἰκεῖον τὸν οὐονιαῖς, pag. 134. Pollucem lib. 11. Onomast. in prin. Sed hic in numero annorum

rum à nostro auctore dissentit. Vid. D. Ambros. lib. vi. Epist 39. Hieronym. in Amos. c. 6. Macrobi. lib. i. in Somn. Scip. c. 6. Ioh. Gorraeum in definit. med. in ηλικία.

Solon autem partes fec. dec.] Atque ita terminum vitæ, septuagesimum annum statuit: uti etiam in illo colloquio cum Crœso apud Herodot. lib. i. pag. 14. ἐστὶ δομήκοντες πάντες τῆς ζωῆς αὐθρώπῳ περιέχουσι. Sed divinus ille Moyses multis sæculis ante dixerat: *Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni; & amplius eorum, labor & dolor. Psalm. lxxxix. vers. 10.*

Spatium plenæ vitæ] Idem spatium Persæ quoque ζωῆς αλήρωμα esse voluerunt, teste Herodoto lib. iii. pag. 192. Et in sacris litteris Octogenarius valde senex dicitur. 2. Reg. xix. vers. 32. Quo respexit etiam Varro videtur, Fundaniæ uxori scribens lib. i. de rust. in princip. Cogitans esse properandum, quod (ut dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me ut sarcinas colligam, antequam proficiscar è vita. Et annus illa apud Plautum in Mercatore, Act. iv. Sc. Quoniam.

--- *Quin is ociosus?*

Sy. Nequeo meaistor, tantum hoc oneris est,
quod fero.

Do. Quid oneris? Sy. annos octoginta & quatuor.

Auson. in Grypho ternarii numeri.

Quinq; novem novies fati tenet ultima finis.

Extra finem] Extra lineas, ut Cicero inquit 3. Parad.

Etruscis quoque libris Fatalibus] Librorum Fatalium sit mentio apud Liv. lib. v. & lib. xxiv. quos eosdem cum Acheronticis esse putato, apud Arnob. lib. i i. advers. gentes.

Quæ duo ad decies] Locus corruptus. Fortassean legendum, quæ ad duodecies septenos annos possit fatalia deprecando rebus divinis proferri. Fata enim differri posse, indicat Servius lib. viii. Aeneid. ad vers.

--- nec fata vetabant

Stare. Sciendum, inquit, secundum aruspicina libros & sacra Acherontia, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differre. V. Nemes. lib. i. de nat. homin. c. 36.

A mente sua homines abire] Inde natum proverbium, δις ταῦτεσ οι γέροντες. Plato in Axiocho. Suid. in λῆρῳ.

Neque his fieri prodigia] Hæc verba quid sibi velint, nescio.

In Elegia Solonis] Hæc Elegia extat apud Philonem Iudeum Θεοφύλακα, pag. 16. & Clementem Alexand. Strom. vi. pag. 291. sed mira differentia. Meminit eiusdem Elegiæ etiam D. Ambro. lib. vi. Epist. 39.

In

In prima hebdom.] Vid. quæ sup. cap. vii.
notavi.

In quinta matur.] Aristotel. lib. vii. Polit. cap. xvii. διὸ τὰς μὴ αὔρμότεις φεύγει τὰς ἀνταχθίδεις ἐτῶν ηλικίαν συζήση γνωσάμ. σὺν δὲ ἐπίλογῳ τελάνοις, ή μικρόν. ἐν ποσφάτῳ γέ, ἀκμάζοις τε τῶν Σώμασι, σύζηξις ἔσται· καὶ τοφές τὰς παῦλας τῆς τεκνοποίας συγκαταβέβοεται τῶν γρόνοις δικαίωσις.

In septima prudentiam] Circa hanc æatem Aristoteles lib. vii. Polit. cap. xvi. οὐ γενοίας ἀκμὴν esse putavit. Et lib. xi. Rhetor. cap. xiv. inquit: ἀκμάζει γέ τὸ μὴ Σώμασ ἀπὸ τῆς τελάνοις ἐτῶν, μέχει τῆς πεντεχρού τελάνοις. εἰ δὲ φυχὴ, τῷ τὰ ἑνὸς θέματι πεντεχρού. Quod confirmat Dionys. Halicarn. lib. iv. Antiq. Rom. pag. 233. ὅς γε πολὺ διποδέη πεντεχρού ταέτης εἶναι. καθίπατε γέ αὐθεωποι Φρονεῖν πεντεχρού, οἱ τῷ ταύτης μάλιστα γνώμην τὰς ηλικίαν.

Oculos albescere] Hæc verba neque in editione Aldina, neque Germanica habentur; monet tamen Aldus in veteri libro fuisse. Quid vero albescere hoc loco sibi velit, ignoro: forte an hebescere legendum est. Mortis tempore pupillas albescere Servius notat. ad Virgil. lib. io. Aen. vers. Ut senior letho canentia lumina solvit. Quod an hoc pertineat dubito.

Aristoteles appellat τρεψίζειν] Aristotel. lib.

lib. vii. histor. anim. cap. i. οὐδὲν δέ αὐτὸν χρόνον τέτον, ἵπε φαντί μεταβάλλειν αἴρχεται ὑπὲ τὸ τεραχύτερον περὶ ἀγωματέστερον, γέτε ποτὲ ὁξεῖα γονια, γέτε πω βαρεῖα, γέτε πᾶσα ὄμαλη, ἀλλ' ὄμοία φανομένη ταῖς ποδογενεύσεις μήτε τεραχεῖας χορδᾶς. ὁ καλλιστὸν τεραχίζειν. Idem lib. v. Aufon. in monosyll. *Pubentes annos robustior anticipat vox.* V. Non. Marcell. in Gallulare. de gener. animal. cap. vii. Alexand. Aphrod. lib. i. problem. 125.

Hircum olere incipiat] *Hircus est fætor alarum.* Catull. Epig. 70 & 72. Horat. Epod. 12. Inde *Hircosus* Ulpiano, L. *Qui clavum.* 12. §. Is cui. D. De adilit. edict. *Is, cui os oleat, anus fit, quæ situm est.* Trebatius ait, non esse morbasum, os alicui olere, veluti hircosum, strabonem. Mallem legere, grasonem. Nam χεῖσθαι & χεῖσθαι teste Suida, est οὐσια τεραχίων. καὶ χεῖσθαι άνθωποι, οὐ οὐσιομοι. Et Glossis veteribus χεῖσθαι *hircosus* est. Vid. Tzetz. Chil. 13. pag. 476. Polluc. lib. 11. tit. οὐδὲ πινὸς, pag. 100. *Hirquitallos* autem Festus non à graveolentia, sed à libidine hircorum dicitos autumat. V. Ioh. Brodeum lib. 5. miscell. c. 22.

Ac χεῖσμοι dicuntur] Vid. quæ sup. cap. xi. notavi.

Septimum quemque annum periculosem] Vid. lib. iii. cap. x.

Κλιμακτηριῶν vocari] Απὸ τῆς κλιμακοῦ, quod

quod certis numeris, velut per scalarum gradus ascendet atque colligatur. *Scansilem* vocat Plin. lib. vii. cap. xl. ix. Sunt autem climacteriorum duo genera: aut enim *εθοματικη* sunt, aut *κυρεαληκη*. Iul. Firm. lib. iv. cap. xiv. *εθοματικη* qui numero septenario constant. veluti, 7. 14. 21. 28. 35. 42. 49. 56. 63. 70. 77. 84. *κυρεαληκη* qui novenario. ut 9. 18. 27. 36. 45. 44. 63. 72. 81. In *εθοματικη* periculosiores à nonnullis putantur, qui terminis hebdomadibus constant, ut 21. 42. 63. 84. Sed omnium difficillimos auctor noster opinatur esse, quos complet numerus quadratus, cuiusmodi sunt 49. & 81. quorum alter confit ex septies septem, alter ex novies novem. Plura de annis Climactericis lege, si lubet, apud Feder. Bonavent. lib. vi. de Octimest. partu cap. L. cum quatuor sequentib. Marfil. Ficin. lib. 2. de triplici vita c. 20. Pet. Mess. lib. i. var. lect. c. 46. Fabric. Paduan. in catena tempor. annul. 31. Læl. Bisciol. lib. 15. hor. subsec. c. 7. Levin. Lemn. lib. 2. de occult. nat. mirac. c. 2.

Quadrati numeri] Quadratus numerus est, definitore Boëtio lib. ii. de Music. cap. vi. qui gemina dimensione in æqua concrescit, ut bis duo, ter tres, quater quatuor, quinquies quinque, sexies sex. Vid. Gell. lib. i. cap. xx. Euclid. in Element. 7. defin. 16.

Plato ille (ven. cæt.) philosoph. sanctissimus] Platonem ἵερως τον ετιᾱ Lucianus appellat τῷ Μάρκος. pag 605.

παῖδη] Gell. lib. i. cap. xxvi.

Hunc licet quidam periculosissimum] Annūm sexagesimum tertium periculosissimum esse, frequens opinio est. & idcirco ab Aegyptiis *Androclan* dictum esse (quod omnem vitæ substantiam frangat atque debilitet) auctor est Iul. Firm. lib. iv. cap. xiv. Cœl. Rhodig. lib. 22. antiq. lect. c. 12. D Augustus Imp, perquam latus est, quod illum veluti communem seniorum omnium κλημακτῆρα evaserit. Vid. epistolam eius ad Caïum nepotem suum, apud Gell. lib xv. cap. vii.

Hic annus absumpsit] Absumpsit tamen Orpheus, teste Suidas in Ορφέῳ : & Ciceronē. Seneca Suasor. vi 1. Gell. lib. xv. cap. xxviii. Item alios, quos enumerat Bodin. lib. iv. de Republic. cap. ii.

Aristotelem Stagiriten] Diogenes Laertius lib. v. in vita Aristot. Ammonius in vita eiusdem, præfixa Commentario de Prædicamentis, itemque Suidas narrant, Aristotelem anno sexagesimo tertio ætatis mortem obiisse. Eumelus autem teste Diogene Laert. & Cedren. pag. 132. septuagesimo. De genere mortis etiam controvertitur. Nam Diogenes & Censorinus imbecillitate stomachi, Eumelus & Hesychius veneno, Iustinus Martyr

tyr autem in Parænet. pag. 30. Gregor. Nazianzen. Stelit. i. in Julian. pag. 288. Procop. lib. iv. de bello Gothicō pag. 326. Auctor Etymolog. mag. in ΣΥΕΠΩΣ, tædio & pudore, cum naturam Enripi explicare nequiret, Chalcide vitam finivisse scribunt.

C A P U T X V.

Quare, sanctissime Cerelli, cum istum annum, qui maxime fuerat corpori formidolosus, sine ullo incommodo transieris: cæteros, qui leviores sunt, κλιμακτῆρες, minus tibi extimesco, præsertim cum in te animi potius, quam corporis naturam sciam dominari: eosque viros, qui tales fuerunt, non prius vita excessisse, quam ad annum illum octogesimum & unum pervenerint, in quo Plato finem vitæ & legitimum esse existimat, & habuit. Hoc anno & Dionysius Heraclæotes, ut vita abiret, cibo abstinuit: & contra Diogenes Cynicus cibi cruditate in cholera solutus est. Eratosthenes quoque, ille orbis terrarum mensor, & Xenocrates Platonicus, veteris Academiæ princeps, ad eundem annum vixerunt. Non pauci etiam, per animi spiritum, molestiis corporis superatis, limitem istum transgressi sunt: ut Carneades, à quo tertia Academia est, quæ dicitur nova; vel Cleanthes, qui uno minus centum explevit. at Xenophanes Colophonius

maior annorum, centum fuit. Democritum quoque Abderiten, & Isocratem rhetorem, ferunt prope ad id ætatis pervenisse, quo Gorgian Leontinum, quem omnium veterum maxime senem fuisse, & octo supra centum annos habuisse constat. Quod si cultoribus sapientiæ, sive per animi virtutem, seu lege fati, diutina obtigit vita: non despero, quin te quoque, diu corpore atque animo valentem, longior maneat senectus. Quem enim veterum nunc memoria suspicimus, quem prudentia vel temperantia, vel iustitia, vel fortitudine, tibi antistare dicemus? quis eorum, si adesset, non in te omnium virtutum prædicationem conferret? quis tuis laudibus se postponi erubesceret? Illud certe, ut arbitrator, dignum est prædicatione, quod, cum illis ferme omnibus, quamvis prudentissimis, & procul à republica motis, non contigerit sine offensione, & odio plerumque capitali, vitam degere: tu tamen, officiis municipalibus functus, honore sacerdotii in principibus tuæ civitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum provincialium supergressus, non modo sine reprehensione, & invidia semper fuisti; verum etiam omnium omnino amorem, cum maxima gloria consecutus es. Quis à te nosci, aut ex amplissimo Senatus ordine non expetivit, aut ex humiliore plebis non optavit? Quis mortalium vel te vidit,

vidit, vel de tuo nomine accepit, quin & loco fratri germani diligat, & vice parentis veneretur? Quis ignorat, probitatem primam, fidem summam, benignitatem incredibilem, modestiam, verecundiamque singulariem, cæteraque humanitatis officia penes te unum esse? & quidem maiora, quam possint digne à quoquam referri. Quare & ego his nunc commemorandis supersedebo. De eloquentia quoque sileo: quam omnia nostrarum provinciarum tribunalia, omnes praesides noverunt: quam denique urbs Roma, & auditoria sacra mirata sunt. hæc se & ad præsens & in futura sæcula satis ipsa nobilitat.

IN CAPUT XV.

SAntissime] Epitheton, ut plurimum parentibus & patronis datum, uti etiam iis, qui pari sunt honore. Documento sunt veteres inscriptiones quam plurimæ. L. Liberto. 9. D. de obseq. parent. & pat. præst.

Plato finem] Vid. sup. cap. præcedent. Allusit autem huc Ausonius in Grypho Ternarii numeri.

Quique novem novies fati tenet ultima finis.

Et habuit] Testatur Cicero in Cat. Maior. his verbis: *Est enim quiete, & pure, & eleganter acta atatis placida ac senis senectus: qualem accepi-*

mus Platonis, qui uno & octogesimo anno scribens mortuus est. Seneca Epist. 58. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentia sua beneficio contigisse, quod natali suo decepsit, & annum unum atque octogesimum implevit, sine ulla deductione. Item Diogen. Laërt. lib. 111. in vita Platonis. Lucian. *ως μαρτος.* pag. 605. Augustin. lib. 8. de Civit. Dei. c. 11. Athenaeus tamen annos octoginta duos vixisse tradit lib. v. pag. 217. cui adstipulatur Suidas. Neanthes autem teste Diogene Laërtio annos octoginta quatuor.

Diogenes Cynicus] Diogenes Laërt. lib. vi. pag. 413. narrat, Diogenem Cynicum nonaginta ferme annorum obiisse mortem, devorato bovis pede crudo, unde in cholera solutus est. Vid. Tatian. contra Græcos, non longe à principi.

Eratosthenes] Huius Suidas annos LXXX. Lucianus vero *ως μαρτος.* LXXXII. tribuit.

Xenocrates] Hunc annos 84. vixisse scribit Lucian. ibid.

Carneades] Lucian. ibid. ann. 84.

Cleanthes] Idem testatur Lucianus ibid, Diogenes vero Zenonis annos hunc & quas memorat. Fuit igitur annorum nonaginta octo. Tot enim Zenonem vixisse scribit Diogenes.

Xenophanes] Hunc annos 102. vixisse narrat

narrat Diogen. Laërt. lib. ix.

Democritum] De hoc Lucian. loco iam saepius citato. Δημόκρετος μήν οἱ Αἰθερίτης, ἐτῶν γεγονώς πεντάρων καὶ ἑκατὸν, ἀποδόμενος τελεφῆς, ἐπελάστη. Idem testatur Phlegon Trallian. pag. 90. Diogenes Laërtius autem lib. ix. annos 109. ei tribuit.

Isocratem] Philostratus de vitis Sophistarum in Isocrate. ἀπέθανε μήν εἰς Αἴθινησιν αἱμαφιτάξιατὸν ἔτη. Suidas narrat annos centum & sex vixisse. Lucian. vero οὐδὲ μακρούς annos, uno minus, centum.

Gorgiam Leontinum] De hoc videndus Cicero de Senect. Valer. Maxim. lib. viii. cap. xiii. Quintil. lib. iii. cap. i. Lucian. οὐδὲ μακρούς. Athen. lib. xii. pag. 548. Plin. lib. viii. cap. 48. Suid.

Honore sacerdotii] *Sacerdotiorum provincialium* sit mentio in L. i. §. Quod si. D. de Leg. Iul. ambit. L. Sponte. 17. in princip. D. de numerib. & honor. L. In honoribus. 3. D. de vacat. Iul. Paul. lib. v. Sentent. tit. 30. •

Auditoria sacra] Auditorium sacrum, id est, Principis. L. Minor. 18. §. Sin autem. D. de minorib. L. Nonnulli. 13. C. Th. de appell. Dicitur & Consistorium sacrum. L. Cum anteriorib. 5. §. In his. C. de tempor. appellat.

Caput

CAPUT XVI.

Nunc vero, quatenus de die natali scribo, meum munus implere conabor; tempusque hodiernum, quo maxime flores, quam potero lucidissimis notis signabo. ex quo etiam primus ille tuus natalis liquido noscetur. Tempus autem non diem tantummodo, vel mensem, vel annum vertentem appello; sed & quod quidam lustrum, aut annum magnum vocant, & quod saeculum nominant. Cæterum de ævo, quod est tempus unum & maximum, non multum est, quod in præsentia dicatur: est enim immensum, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, & semper futurum est, neque ad quemquam hominum magis, quam ad alterum pertinet. Hoc in tria dividitur tempora, præteritum, præsens, futurum. ex quibus præteritum initio caret, exitu futurum: præsens autem, quod medium est, adeo exiguum, & incomprehensibile est, ut nullam recipiat longitudinem, neque aliud esse videatur, quam transacti futurique coniunctio; adeo porro instabile, ut ibidem sit nunquam; & quidquid transcurrit, à futuro decerpit, & apponit præterito. Hæc inter se tempora, anteactum dico, & futurum, neque paria sunt, neque ita, ut alterum altero longius, breviusve videatur. quidquid enim non habet

habet finem, collationem mensuræ non recipit. Quapropter ævum neque annorum, neque sæculorum numero, nec denique ullo finiti temporis modulo metiri conabor. hæc enim ad ætatem infinitam non sunt brumalis unius instar horæ. Itaque, ut sæcula possim percurrere, & hoc nostrum præsens designare, omissis aureis, argenteisque, & hoc genus poëticis, à conditu urbis Romæ, patriæ nostræ communis, exordiar.

IN CAPUT XVI.

CÆterum de ævo] *Aevum* Varro lib. v. de Ling. Lat. pag. 46. ab ætate omnium annorum dictum putat. Græcis est *αιών*, ἀετός τε *αιώνιος*. Plotin. lib. vii. Ennead. cap. 111. de ætern. & temp. Sect. 3. Gregor. Nazianz. in nativit. Christi. *αιών γένεσις χρόνος*, *γένεσις χρόνος μετεπένθετος*. Vid. Timæum Locrum de mundi anima pag. 12. Chalcid. in Tim. Plat. pag. 31. 73. & 77. Mar. Victorin. in Rhetor. Cicer. pag. 151. Isidor. lib. v. Orig. cap. xxxvi 111.

Hoc in tria] Vel in duo; præteritum & futurum. Nam nonnulli philosophi, ut Marius Victorinus dicto loco indicat, præsens esse negaverunt, quod in eo quod præsens dicimus, si quid iam ex parte aliqua confectum est, præteritum sit: si quid mox perfici habeat, futurum est. Vide Mercurium Trimeg.

meg. ad Tatiam apud Stobæum in eccl. phys. c. 11. p. 20.

Præsens autem] Eleganter Seneca de brevit. vitæ, cap. x. *Præsens tempus brevissimum est, adeo ut quibusdam nullum videatur. In cursu enim semper est, fluit & præcipitatur: ante definit esse, quam venit.* V. Basilium M. homil. 1. in hexaëm. p. 3. ἡ χρι τοιςτό δι χρόνος; επει μὲν παρελθον Φενίδη, τὸ δέ μέλλον επιστρέψει, τὸ δέ παρὸν πειν γνωσθῆναι Διαδιδεόμει τών αὐθησιν.

Brumalis un. inst. horæ] *Bruma dicta*, quod brevissimus dies est. Varro lib. v. de ling. Lat. pag. 45. Vitruv. lib. ix. cap. v. Inde *brumalis hora*, id est, brevissima, quæ & *biberna* dicitur Plauto Pseud. scen. ult. Cui opponitur *astiva*, id est, longa. Martial. lib. xi. Epig. 1.

Omissis aureis argenteis.] De quibus Hesiод. lib. 1. ἐφη. Arat. Phænom. pag. 118. & seq. Ovid. lib. 1. Metamorph. Laetant. lib. v. cap. v.

Romæ, patriæ nostræ com.] Roma communis patria. L. Roma. 33. D. ad municip. L. Si duas. G. §. Roma. D. de excusat. tut. L. Tempore. 21. C. Theod. de prætorib. Liv. lib. 111. Dissolvi licentia militandi morem, nec pro communi iam patria Romam esse. Athen. lib. 1. diaphnosoph. p. 3. Aur. Symmach. lib. 1. Epist. 61. & lib. v. Epist. 94. Seneca consol. ad Helv.

Helv. cap. vi. Sidon. Apollin. lib. i. epist. 6.
In qua unica totius orbis civitate (de Roma lo-
quitur) soli barbari & servi peregrinantur.

CAPUT XVII.

ET quoniam sæcula aut naturalia sunt aut civilia, prius de naturalibus dicam. Sæculum autem est spatium vitæ humanæ longissimum, partu & morte definitum. quare qui annos triginta sæculum putarunt, mulcum videntur errasse. hoc enim tempus φυεῖται vocari Heraclitus auctor est. quia orbis ætatis in eo sit spatio. orbem autem vocant ætatis, dum natura humana à fementi ad fementim revertitur. Hoc quidem φυεῖται tempus alii aliter definierunt. Herodicus annos quinque & viginti scribit dici φυεῖται. Zenon triginta. Sæculum autem quid sit, usque adhuc arbitror ad subtile examinatum non esse. Poëtæ quidem multa incredibilia scripserunt, nec minus historici Græci: quamvis eos à vero non par fuit recedere. ut Herodotus; apud quem legimus, Arganthonium Tartessiorum regem, centum & quinquaginta annorum fuisse. ut Ephorus; qui tradit, Arcadas dicere, apud se reges antiquos aliquot ad trecentos vixisse annos. Verum hæc, ut fabulosa, prætereo. Sed inter ipsos Astrologos, qui in stellarum signorumque ratione verum scrutantur, nequaquam etiam con-

convenit. Epigenes in centum duodecim annis longissimam vitam constituit; Berosus autem in centum sedecim; alii ad centum vinti annos produci posse, quidam etiam ultra crediderunt. Fuerunt, qui non idem putarent ubique observandum, sed varie per diversas regiones, prout in singulis sit cœli ad circulum finitorem inclinatio, quod vocatur *αλιμα*. Sed, licet veritas in obscuro lateat, tamen in unaquaque civitate quæ sint naturalia sæcula, Rituales Etruscorum libri videntur docere: in quîs scriptum esse fertur, initia sic ponî sæculorum; quo die urbes, atque civitates constituerentur: de his, qui eo die nati essent, eum, qui diutissime vixisset, die mortis suæ primi sæculi modulum finire. eoque die, qui essent reliqui in civitate, de his rursus eius mortem, qui longissimam ætatem egisset, finem esse sæculi secundi. sic deinceps tempus reliquorum terminari. sed ea, quod ignorarent homines, portenta mitti divinitus, quibus admonerentur, unumquodque sæculum esse finitum. Hæc portenta Etrusci, pro haruspicii disciplinæque suæ peritia, diligenter observata in libros retulerunt. Quare in Tuscis historiis, quæ octavo eorum sæculo scriptæ sunt, ut Varro testatur, & quot numero sæcula ei genti data sint, & transactorum singula quanta fuerint, quibusve ostentis eorum exitus designati sint,

sint, continetur. Itaque scriptum est, quatuor prima sæcula, annorum fuisse centum & quinque: quintum, centum viginti trium; sextum, undeviginti & centum; septimum totidem; octavum tum demum agi; nonum, & decimum superesse. quibus transactis finem fore nominis Etrusci. Romanorum autem sæcula quidam ludis sæcularibus putant distingui. cui rei fides si certa est, modus Romani sæculi est incertus. temporum enim intervalla, quibus ludi isti debeant referri, non modo quanta fuerint retro, ignoratur: sed ne quanta quidem esse debeant, scitur. Nam ita institutum esse, ut centesimo quoque anno fierent, id, cum Antias aliique historici auctores sunt, tum Varro de scenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit: *Cum multa portenta fierent, & murus ac turris, quæ sunt intra portam Collinam, & Esquilinam, de cælo effent tacta, & ideo libros Sibyllinos X-viri adissent; renuntiarunt, uti Diti patri, & Proserpine, ludi Terentini in campo Martio fierent, & hostiae furva immolarentur; utique ludi centesimo quoque anno fierent.* Item T. Livius libro cxxxvi. *Eodem anno ludos sacerulares Cæsar ingenti apparata fecit; quos centesimo quoque anno (is enim terminus sæculi) fieri mos.* At contra, ut decimo centesimoque anno repetantur, tam Commentarii quindecimvirorum, quam D. Augusti edicta testari videntur. adeo ut Horatius

tius Flaccus in carmine, quod sacerdotibus ludis cantatum est, id tempus hoc modo designaverit:

*Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus referatque ludos
Ter die clara, totiensque grata
Nocte frequentes.*

At enim, temporum si veterum revolvantur annales, longe magis in incerto invenietur. Primos enim ludos sacerdotes exactis regibus post Romam conditam annis ccxlv. à Valerio Publicola institutos esse, Valerius Antias ait: at XV-virorum Commentarii annis cclxxxxxi i i, M. Valerio, SP. Verginio Coss., secundos ludos; ut Antias vult, anno post urbem conditam quinto trecentesimo: ut vero in Commentariis quindecim-virorum scriptum est, anno octavo & quadringentesimo; M. Valerio Corvino iterum, C. Pætilio Coss. Tertiū ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, C. Iunio Pullo Coss. aut, ut in libris quindecim-virorum scriptum est, anno quingentesimo duodecimesimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coss. De quartorum ludorum anno triplex opinio est. Antias enim, & Varro, & Livius, relatōs esse prodiderunt, L. Marcio Censorino, M. Manilio Coss., post Romanū conditam anno Dcv. At Piso Censorius, & Cn. Gellius, sed & Cassius Hemina, qui illo

tem-

tempore vivebat, post annum factos tertium affirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mumimio Achaico Coss. id est, anno DCVIII. In quindecim-virorum autem Commentariis notantur sub anno DCXXVII, M. Æmilio Lepido, L. Aurelio Oreste Coss. Quintos ludos C. Furnio, C. Iunio Silano Coss., anno DCCXXXVI, Cæsar Augustus & Agrippa fecerunt. Sextos autem fecit Ti. Claud. Cæsar, se IIII. & L. Vitellio III. Coss., anno 1000. Septimos Domitianus, sexi v. & L. Minucio Rufo Coss., anno 1000XLI. Octavos imperatores Septimius & M. Aurelius Antoninus, Cilone & Libone Coss., anno 1000CLVI. Hinc animadvertere licet, neque post centum annos, ut hi referrentur ludii, statum esse, neque post centum decem. Quorum etiamsi alterutrum retro fuisset observatum, non tamen id satis argumenti esset, quo quis his ludis sæcula discerni constanter affirmet præsertim cum ab urbis primordio, ad reges exactos, annos CCXLIV, factos esse, nemo sit auditor. quod tempus proculdubio naturali maius est sæculo. Quod si quis credit, ludis sæcularibus sæcula discerni, sola nominis origine inductus: sciat, sæculares dici potuisse, quod plerumque semel fiant hominis ætate. ut multa alia, quæ raro fiunt, post sæculum evenire, loquentium consuetudo usurpat. Sed nostri maiores, quod natu-

rale sæculum quantum esset, exploratum non habebant, civile ad certum annorum modulum centum statuerunt. testis est Piso, in cuius annali septimo scriptum est sic: *Roma condita anno 10951 sæculum accipit, his consulibus quis proximi sunt Consules M. Aemilius M. F., Lepidus, C. Popilius II. absens.* Sed, ut hunc numerum constituerent nostri, non nihil cauſæ fuit; primum, quod multos suorum ci- vium ad hanc ætatem vitam producere vi- debant. dein quod Etruscos, quorum prima sæcula centenum fuerant annorum, etiam hic, ut in aliis plerumque, imitari voluerunt. Præterea fieri potest, quod refert Varro, quodque Dioscorides astrologus scripsit, Alexandriæ inter eos, qui mortuos solent con- servare, constare, hominem plus centum an- nis vivere non posse: id cor humanum decla- rare eorum, qui integri perierunt sine cor- poris tabe. eo, quod id multis annis penden- do, omnis ætatis incrementa & deminutio- nes obseruent: & anniculi pendere duas dra- chmas, bimi quatuor, & sic in annos singu- los, usque ad quinquaginta, accedere binas; ab iis centum drachmis ab anno quinquage- simo item decadere in unoquoque binas. ex quo perspicuum sit, centesimo anno redire ad anni priimi pondus, nec longius vitam posse produci. Quoniam igitur civile Ro- manorum sæculum centum annis transigitur,

scire

scire licet, in decimo saeculo & primum natalem tuum fuisse, & hodiernum esse. Quot autem saecula urbi Romae debeantur, dicere meum non est: sed, quid apud Varronem legerim, non tacebo. qui libro Antiquitatum duodecimo ait, fuisse Vettium Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cuivis docto in disceptando parem; eum se audisse dicentem: Si ita esset, ut traderent historici, de Romuli urbis condendae auguriis, ac duodecim vulturibus; quoniam cxx. annos incolumis praeteriisset populus Romanus, ad mille & ducentos perventrum.

IN CAPUT XVII.

Heraclitus auctor est] Sic legendum, non Herodicus. Plutarch. *τοῦ Ηρόδιου τὸν περὶ τῆς οὐρανού καθ' Ἑρακλείου*. pag. 739. *ἔτη τελάνων τοις τὰς γένεας καθ' Ἑρακλείου*. Et statim subiungit: *ἐν τῷ χρέωντα παρέχει τὸν εὖ αὐτῷ χρήματα οἱ γένεαις*. Quæ verba sunt interpretamentum eorum, quæ auctor noster subnectit: *Quia orbis etatis in eo sit spacio. Orbem autem vocant etatis, dum natura humana à fermenti ad fermentem revertitur. Nam Plato lib. v. de republ. tricesimum annum in masculis aptum proli procreandæ censuit. Ut etiam in sacris literis legimus, plerosque anno tricesimo ætatis filios genuisse. Aristoteles*

lib. vii. Polit. requirit annos triginta & septem.

Alii aliter definierunt] Γερέας vocabulo saepe utuntur auctores, historici in primis. Quot vero annos γερέας contineat, inter ipsos non convenit. Nam quidam unum annum γερέαν esse voluerunt, teste Plutarcho lib. οὐδὲ τέκτελ. χειρ. pag. 739. alii annis septem eam definierunt, ut refert Artemidorus lib. ii. O'regor. cap. lxxv. in pr. Suid. in γερέας & Ορφεύς. Alii viginti. Hesych. in γερέα. Alii viginti quinque, ut Heraclitus, quem hoc loco auctor noster citat, itemque Hesych. dict. loco. Alii annis viginti septem, ut colligitur ex Dionysio Halicar. lib. i. Rom. antiqu. pag. 8. ubi tradit, ab Ilio capto usque ad conditam Romanam, geneas esse sedecim, id est, ut ipse colligit eodem lib. pag. 57, annos 432. Divisis igitur illis 432. annis per 27. exsurgunt, geneae sedecim. Sed non satis sibimet ipsi constat, ut videre est, cum ex aliis eiusdem scriptoris locis, tum ex illo qui est lib. ii. pag. 120 ubi de Pythagora agit. Alii triginta, ut Zenon & Heraclitus, quos Censorinus noster auctores laudat. Vid. Plutarch. οὐδὲ τέκτελ. χειρ. pag. 739. Artemidor. lib. ii. O'regor. cap. lxxv. Suid. loco sup. citato, & in τελεγέρων. Eustath. Iliad. a. pag. 37. Porphyri. quæst. 14. in Homer. Latini hoc tempus *Aevum* quandoque vocant, ut Horat. lib. ii. Od. 1 x.

At

*At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum senex
Annos.*

Nonnulli largius geneæ spatium tribuunt: tres enim geneas, centum annos esse volunt. Herodot.lib. i i. οὐεαὶ δὲ τοῖς ἐκατὸν ἑπτά εἰσι. Clem. Alexand. Strom. i. pag. 145. εἰς μήνα τοι τὰ ἐκατὸν ἑπτή, τοῖς ἐγκαταλέγονται οὐεαί. Vid. Herodian.lib. i i i. pag. 527. ubi de ludis sæcularibus agit. Sunt etiam qui centum annis genean determinant, ut Gen.xv. vers. 13. & 16. Dionys. Halicar. lib. i. pag. 2. narrat, Medorum imperium quatuor geneas durasse, id est, annos fere quadringentos. Alii adhuc extendunt in centum & octo annos. Vir. de Plutarch.sup.dicto loco.

Sæculum autem quid sit] *Sæculum* interdum indefinite pro quovis tempore accipitur. Terent. Eunucho. Act. i i. Scen. i i.

*Olim isti fuit generi quondam quæstus apud
sæculum prius.*

Et Virgil.lib.vii i. Aeneid.

*Aureaque (ut perhibent) illo sub rege fuere
Sæcula.*

Interdum pro certo & determinato, de quo auctor noster hic agit. Et quidem in sacris literis pro quinquaginta annis interdum capitur; ut Exod.xx i. vers. 6. & Levit. xxv. vers. 39. 40. Isidor.lib. v. Orig. cap. xxxvi i i. Alii autem *Sæculum* triginta annis, alii centum &

decem, alii mille definiunt. Servius lib. vi. Aeneid. ad vers. Sed mihi tarda gelu. &c. Notandum, inquit, dicta sacula etiam in uno homine, secundum eos, qui dicunt sacerulum triginta annos habere. Nam alii centum & decem, alii mille annis putant sacerulum contineri. Quo pertinet illud Plauti in Milit. Act. iv. Scen. Iam est.

Pv. *Quin mille annorum perpetuo vivunt,
ab sacerulo ad sacerulum.*

Vid. Zosim. lib. i i . hist. in pr. & Etymol. magn. in αἰών.

Herodotus; apud quem legimus, Arganthonium] Herodoti locus est lib. i. his verbis: απιόμφοι ἐς τὸν Ταρτησὸν, περφίλεες ἐχύοντα τῷ βασιλέϊ τὸν Ταρτησίων, τῷ εὐομα μή λιβ. Αργανθώνιος, επεράννδος ἐταρτησίῳ ὄγδοῃ νοντα ἔπει, ἐβίωσε ἐπάντα, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Ubi diserte annos centum & viginti Arganthonium vixisse scribit. Ut & Cicero in Catone maiore. *Expectemus* (inquit) *Tartessiorum regis etatem.* Fuit enim (ut scriptum video) Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum & viginti vixit. Quibus assentitur Val. Maxim. lib. v i i . cap. x i i . & Plin. lib. vi i . cap. x l v i i . At Censorinus noster, item Strabo lib. i i i . pag. 104. Lucian. μάκρος. pag. 60. Phlegon Trallian, μάκρος. καὶ μάκρος. pag. 92. Anacreon poëta, à supra nominatis & Plinio lib. vi i . cap.

xlviii.

XLVIII. citatus, centum & quinquaginta annos Arganthonium vixisse volunt. Asinius Pollio, teste Valerio Maximo lib. viii. cap. xi. centum triginta. Silius Italicus trecentos. eius hi versus sunt lib. i. 11.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.

Rex proavis fuit humani ditissimus evi,

Ter denos decies emensus belliger annos.

Ephorus, qui tradit, Arcadas] Ephorus huius rei testis citatur etiam à Plinio lib. vii. cap. xlvi. Pertinet huc quoque Servius lib. vii. Aeneid. *Arcadas his oris.* Constat (inquit) *Arcadas plurimum vixisse, in tantum, ut quidam usque ad trecentos annos vivendo pervererint.*

Sed inter ipsos astrologos] Servius in Comment. ad Virgil. lib. iv. Aeneid. *Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi.* Tribus humana vita continetur; Natura, cui ultra centum & viginti solstitialis annos concessum non est; Fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus, exitium creant, nisi forte aliarum stellarum benignitas etiam tertium eius superet cursum; Fortuna, id est, casu, qui ad omnia pertinet, quae extrinsecus sunt, ad ruinam, incendia, naufragia, venena. Vid. Iul. Firmic. lib. ii. cap. xxvii. Plinius lib. viii. cap. xl.

Epigenes in centum duodecim] Varia fuit veterum opinio de longissimo termino vitae humanæ. Alii enim statuerunt annos lxx.

Herodot.lib. i. pag. 14. Alii nonaginta sex,
 Hesiod. apud Plutarch. lib. $\omega\delta\iota\lambda'$ τὸν ἐκλελ.
 $\chi\rho\nu\tau\sigma$. & Ausonius, qui Hesiodum latine ver-
 tit, Eidyll. xvii. Alii centum. Ecclesiast.
 cap. xviii. vers. 8. Numerus, inquit, dierum
 bominum, ut multam, centum anni. Et Artemi-
 dor.lib. ii. Οὐειροκρ. cap. lxxv. παθ' ἡμέας γέγονται
 τὸν ἔπι εἶναι τὸν τέλειον τὸν ζῶντας χρόνον, ἐπειδὴ σὺν
 τοῖς τοῖς οὐδίγιῳ δυνάμεοντας ζῶντας ὄφελον, ηὔ-
 λιγιῷ ψεραίροντας. Quam sententiam se-
 quuntur ICti quoque. L. *An ususfructus.* 56.
 D. de usuf. L. *Si ususfructus.* 8. D. de usuf. leg.
 L. *Vt inter.* 23. C. de Sacrof. eccles. Eustathius
 $\omega\delta\iota\lambda'$ χρονικῶν Διστημ. tit. $\omega\delta\iota\lambda'$ εἰς χρόνων. Iusti-
 nian. Imp. Novell. 9. Alii annos centum &
 octo. Videndum Plutarch. $\omega\delta\iota\lambda'$ τὸν ἐκλελ. $\chi\rho\nu\tau\sigma$.
 739. Sibylla, centum & decem:

Αἴτιον ὅποταν μήνις @ ἵκη χρόνον @ αὐθρώπου
 Ζωῆς, οἵς εἰς τέλον ἐκατὸν σήκα κύκλον ὁδεύειν.

Epigenes centum & duodecim, vel ut à Plini-
 o citatur lib. vii. cap. xl ix. centum viginti
 duobus annis vitam longissimam hominis
 definivit. Berosus autem centum & sedecim,
 vel ut est apud eundem Plinium ibid. centum
 septendecim. Alii terminum vitæ esse puta-
 vere annum centesimum vicefimum. Genes.
 vi. vers. 3. Fl. Ioseph. lib. i. antiquit. Iudaic.
 cap. iv. & vii. circ. fin. Lactant. lib. ii. Instit.
 cap. xiii. & seq. Adde his Quintilian. Dia-
 log. de Oratorib. pag. 697. Trebell. Pollion.

in

in D. Claud. non longe à princip. Arnobius lib. ii. advers. gentes. *Vultis* (inquit) *Faunus*, *Latinus*, & *Picus annis vixerint vicenis atque centenis? ultra enim negatur posse hominis vita produci.* Sed locum Geneseos modo citatum, multi non de termino vitæ humanæ, sed de tempore ad resipiscendum usque ad diluvium hominibus relicto accipiunt. Vid. D. Hieron. quæst. in Genef. August. lib. xv. de civit. Dei, cap. xxiv. Gratian. cap. *Prædixerat*. De pœnitent. dist. i.

Quod vocatur *κλίμα*] Vitruvius lib. i. cap. i. *Inclinatione celi, qua Graci κλίματα dicunt.* Item Gell. lib. i4. c. i. Columell. lib. i. de re rust. Declinatio. Achill. Stat. in prolegomi. in Arat. pag. 91. κλίματα ἐσὶ τετταῦρα, οὐ τὸ τέλος γῆν μη εἴναι οὐδὲ λιμναῖς, αἱ δὲ ἔχειν οἶον ἐγκλίματά πνα, οὐ φυλακτέρων ὅντων καὶ ταπεινωτέρων τῶν μερῶν αὐτῆς, καὶ τὰς οἰκήσις τῶν ἔθνῶν οὖτας αἱ λαχεῖαι εἴναι. Vid. Isidor. lib. iii. Orig. cap. XL I.

Licet veritas] Democriti sententia est. Εὐθὺς κατηγορεῖται οὐδὲνθεα. Cic. lib. i. Acad. quæst. prope finem. Seneca lib. viii. de benefic. cap. i. *Involuta veritas in alto latet.* Et lib. 7. natur. quæst. c. 32. in fi.

Rituales] Ritualium librorum sup. cap. xi. facta est mentio.

Annorum fuisse centum] Addidi ex Al-dina & Germanica editione quinque: & sta-tim

tim legendum, *quintum centum viginti trium.*
Quod etiam admonuit Carrio lib. 11. emendat. cap. i.

Ludis sacerularibus] De ludis sacerularibus
 videndus Festus. Valer. Maxim. lib. 11.
 cap. 4. Herodian. lib. 3. Zosim. lib. 11. hist.
 & qui plena manu de illis differuit Onuphrius Panvin.

Id cum Antias] Sic Aldina & Germanica editio, itemque membranæ Fr. Modii.

Libros Sibyllinos X-viri] Sic Aldus & Germanica editio; idque verius esse puto.
Quindecim virorum enim institutio posterior fuit. Vid. Auson. in Grypho Ternarii numeri in fin.

Hostiae furvae[Id est, nigræ. Valer. Maxim. lib. 11. cap. iv.

Is enim terminus saeculi] Sic Aldus, quæ lectio melior videtur.

At contra ut decimo centesimoque] Ludos sacerulares centesimo decimo quoque anno factos, indicant versus Sibyllini, apud Phlegont. Trallian. *ωειγαυμασ.* pag. 94. & Zosim. lib. 11. hist. pag. 670. idque verius esse, eruditus docet Iosephus Scaliger lib 11. de emend. temp. pag. 137. & Onuphrius Panvin. de lud. saecul.

Horatius] Epop. lib.

Annis ducentis quadraginta quinq; Primo igitur suo consulatu Val. Publicola ludos

dos sacerdotes fecit, iuxta sententiam Valerii Antiatis, & Zosimi lib. II. hist. pag. 668. Nam regnum est Romæ An. ccXLIV. teste Livio lib. I. in fin. & Censorino inf. hoc capite.

M. Valer. Corvino] In Fastis Onuphrii est: *M. Valerio. M. F. M. N. Corvo II. C. Pætilio. C. F. C. N. Libone Visolo.* At Zosimus secundos ludos sacerdotes in quartum consulatum M. Popilii refert, lib. I. pag. 669.

Cæsar Augustus] Horum ludorum meminit Plin. lib. VII. cap. XLVI 11. Sueton. in Augusto cap. XXXI. Dion. Cass. lib. LIV. pag. 610. Ovid. lib. II. Trist. Eleg. I.

*Iusserrat & Phæbo dici, quo tempore ludos
Fecit, quos atas aspicit una semel.*

Huc pertinet nummus Sebastiani Erizzii, pag. 145. At Zosimus lib. II. hist. pag. 669. hos ludos L. Censorino & C. Sabino Coss. factos esse auctor est.

Tib. Claudius] Sueton. in Claud. cap. XXI. Tacit. lib. XI. Annal. Plin. lib. VII. cap. XLVIII. & lib. VI 11. cap. XLII. Zosimus lib. II. hist.

Septimus Domitianus, se XIV. & L. Minutio Rufo Coss.] Sic correximus ex nummis antiquis apud Gulielmum Choul, pag. 284. & seq. Idemque monuit ante Lud. Cartrio lib. II. Emend. cap. I. Videndum Sueton. in Domitiano cap. IV. Zosim. lib. II. hist.

Octa-

Octavos Imperatores Septimius & M. Aurelius Antoninus] Sic legendum, non *Antonius*, ut Carrio edidit. Vid. Ael. Spartan. in Severo. & paulo post, anno 1000 CLVII. non 1000 CLVI. ut est in eadem editione. Vid. Onuphr: de ludis s̄ecul. Mentionem horum ludorum faciunt Herodian. lib. 111. pag. 527. Zosim. lib. 11. pag. 669. Vid. nummum Sebаст. Erizzi pag. 566.

Annos ccxlii.] Sic Dionys. Halicarnass. lib. 1 pag. 61. Liv. lib. 1. in fin. At Festus Rufus in breviario, & Augustin. lib. 3. de civit. Dei. c. 15. à primordio urbis, usque ad reges exactos, numerant annos ccxliii. omisso nimicum anno interregni, inter Romulum & Numam.

Quod naturale s̄eculum] Sic Aldus, idque rectius. Carrionis Germ. editio, *natura. seculum.*

Ad certum annorum modulum] Varro lib. v. de ling. Lat. *Seculum spatium annorum centum vocarunt, dictum à seni, quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarunt.*

Testis est Piso] Vid. Joseph. Scalig. lib. v. de emendat. temp. pag. 367.

Quorum prima s̄ecula centenum] Sup. hoc cap.

Alexandriæ inter eos, qui mortuos solent conservare] *Conservare, id est, ταῖς χρόνοις, vel salire,*

salire, ut Varro inquit lib. xv. rer. hum. citante Diomede Grammat. lib. i. De condiendo-
rum vero cadaverum ritu apud Ægyptios, vi-
des sis Genes. cap. v. vers. 2. & cap. xxv. Herod.
lib. ii. pag. 135. Sextum Empir. lib. ii.
Pyrrhon. hypothef. cap. xxiv. Diodor. Sicul.
lib. ii. pag.

Lucian. de luctu. Silius Ital. lib. xiii. Pom-
pon. Melam. lib. i, cap. ix. Gell. lib. x. cap.
x. Diogen. Laërt. lib. 9. in Pyrrhone.

Plus centum annis] Idem narrat Plin. lib.
xi. cap. xxxvi i.

Duodecim vulturibus] De hoc augu-
rio Liv. lib. i. Aurel. Vict. de Orig. gent.
Rom.

Ad mille & ducentos] Respexerunt ad
hoc vaticinium Claudioianus lib. de bello Ge-
tico. vers. 265. & Sidonius Apollinaris in Pa-
negyr. Avito dicto. vers. 357. Vid. Cœl. Rho-
dog. lib. xxvii. cap. viii.

C A P U T XVIII.

HAENUS dictum de saeculo. Nunc de
Hannis maioribus dicam. quorum ma-
gnitudo adeo diversa, tam gentibus observa-
ta, quam auctoribus tradita est, ut alii annum
magnum esse in annis vertentibus duobus,
alii in multis annorum millibus arbitra-
sint. quod quale sit, iam nunc conabor ab-
solvere. Veteres in Græcia civitates cum a-
nimad-

nimadverterent, dum Sol annuo cursu orbem suum circuit, Lunam interdum terdecies exoriri, idque saepe alternis fieri: arbitrati sunt, lunares xii. menses, & dimidiatum, ad annum naturalem convenire. Itaque annos civiles sic statuerunt, ut interkalando facerent alternos xii. mensium, alternos xiii. utrumque annum separatim, vertentem; iunctos ambos, annum magnum vocantes. idque tempus *τετμείδα* appellabant, quod tertio quoque anno interkalaatur, quamvis biennii circuitus, & revera *διετμείς* esset. unde mysteria, quæ Libero patri alternis fiunt annis, trieterica à poëtis dicuntur. Postea, cognito errore, hoc tempus duplicarunt, & *πτηετμείδα* fecerunt. sed eam, quod quinto quoque anno redibat, *τετταετμείδα* nominabant. Qui annus magnus ex quadriennio commodior visus est. Ut annus Solis constaret ex diebus ccclxv. & diei parte circiter quarta, quæ unum in quadriennio diem conficeret. Quare Agon & in Elide Iovi Olympio, & Romæ Capitoliino, quinto quoque anno redeunte celebratur. Hoc quoque tempus, quod ad Solis modo cursum, nec ad Lunæ, congruere videbatur, duplicatum est, & *οκτωετμείς* facta, quæ tunc *ένεεετμείς* vocitata. quia primus eius annus nono quoque anno redibat. Hunc circuitum verum annum magnum esse, pleraque

taque Græcia existimavit: quod ex annis vertentibus solidis constaret, ut propriæ in anno magno fieri par est. Nam dies sunt solidi, usus minus centum, annique vertentes solidi octo. hanc ὀκτωετηρίδα vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam. sed hanc Cleostratum Tenedium primum ferunt compo-
suisse, & postea alios aliter. qui mensibus varie interkalandis suas ὀκτωετηρίδας protulerunt. ut fecit Harpalus, Nauteles, Mnesistratus, item alii, in quib[us] Dositheus. cuius maxime ὀγδοετηρίς, Eudoxi inscribitur. Ob hoc multæ in Græcia religiones hoc intervallo temporis summa cærimonia coluntur. Delphis quoque ludi, qui vocantur Pythia, post octavum annum olim conficiebantur. Proxima est hanc magnitudinem, quæ vocatur ἡκατοετηρίς, ex annis vertentibus duodecim. Huic anno Chaldaico nomen est; quem Genethliaci non ad Solis Lunæque cursus, sed ad observationes alias habent accommodatum: quod in eo dicunt tempestates, frugumque proventus, sterilitates item, morbosque circumire. Præterea sunt anni magni complures: ut Metonicus, quem Meton Atheniensis ex annis undeviginti constituit, eoque ἑκατοετηρίς appellatur, & interkalatur septies, in eoque anno sunt dierum sex millia & CCCXL. Est & Philolai Pythagorici annus, ex annis LIX. in quo sunt

menses interkalares viginti & unus: item Callippi Cyziceni, ex annis LXXVI; ita ut menses duodetriginta interkalentur. & Democriti, ex annis LXXXII; cum interkalares sint perinde viginti octo. Sed & Hipparchi, ex annis CCCIV. in quo interkalatur centies decies bis. Hæc annorum magnitudo eo discrepat, quod inter astrologos non convenit, quanto vel Sol plus quam trecentos sexaginta quinque dies in anno conficiat, vel Luna minus quam triginta in mense. Ad Ægyptiorum vero annum magnum Luna non pertinet, quem Græce κανικὴν, Latine canicularem vocamus; propterea quod initium illius sumitur, cum primo die eius mensis, quem vocant Ægyptii Thot, caniculae sidus exoritur. Nam eorum annus civilis solos habet dies CCCLXV, sine ullo interkalari. itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est, quam naturale quadriennium: eoque fit, ut anno MCCCCLXI. ad idem revolvatur principium. Hic annus etiam ἡλιακὸς à quibusdam dicitur; & ab aliis ὁ Γεῦ ἐνιαυτός. Est præterea annus, quem Aristoteles maximum potius, quam magnum, appellat. quem Solis, Lunæ, vagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, una referuntur. cuius anni hyems summa est κατέχαλυσμός, quam nostri diluvionem vocant: æstas autem ἐκπύρωσις, quod

quod est mundi incendium. nam his alternis temporibus mundus tum exignescere, tum exaqueſcere videtur. Hunc Aristarchus putavit esse annorum vertentium duūm milium **cccclxxiv.** Aretes Dyrrachinus, quinque millium **dlxi.** Heraclitus & Linus, decem millium **cc.** Dion, x. m. **cc.** **xxci.** Orheus, c. m. **xx.** Cassandrus, tricies sexies centum millium. alii vero infinitum esse, nec umquam in se reverti existimarunt. Sed horum omnium *πενταετηδας* maxime notandis temporibus Græci observant, id est, quaternum annorum circuitus, quas vocant Olympiadas: & nunc apud eos ducentesima quinquagesimaquarta Olympias numeratur, eiusque annus hic secundus. Idem tempus anni magni Romanis fuit, quod Luſtrum appellabant: ita quidem à Servio Tullio institutum, ut, quinto quoque anno censu ciuium habito, luſtrum conderetur; sed non ita à posteris servatum. Nam, cum inter primum à Servio rege conditum luſtrum, & id, quod ab Imperatore Vespasiano V. & Cæſare III. Coss. factum est, anni interfuerint paullo minus sexcentis quinquaginta, luſtra tamen per ea tempora non plura, quam septuagintaquinque sunt facta. & postea plane fieri desierunt. Rursus tamen annus idem magnus per Capitolinios agonas cœptus est diligentius servari: quorum agonum primus

à Domitiano institutus fuit, duodecimo eius
& Ser. Cornelii Dolabellæ consulatu. Itaque

- hoc nunc anno qui celebratus est agon, unde quadragesimus numeratur. Quod ad annos pertinet magnos, in præsentia satis dictum. nunc de annis vertentibus dicendi locus.

I N C A P U T X V I I I .

M[ysteria] Vid. Diodor. Sicul. lib. iv.
pag. 211. Fuerunt autem trina Libe-
ralia Athenis, ut eleganter id docet Iosephus
Scaliger lib. i. de emendat. temp. pag. 29.

Trieterica] Virgil. lib. iv. Æneid.

--- *ubi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia.*

Ovid. lib. i. Fast.

*Festa corymbiferi celebrabat Gracia Bacchi
Tertia que solito tempore bruma refert.*

Pap. Statius lib. ii. Thebaid.

--- *non hac trieterica vobis
Nox patrio de more venit.*

Cognito errore] Ut errorem hunc noscas,
sic habeto. Annus solaris dies habet 365. &
quadrantem. Annus Lunaris autem 354. Duo
anni solares dies habent $730\frac{1}{2}$. duo vero Lu-
nares anni, continent dies 708. Excedunt
igitur duo anni Solares coniuncti, annos Lu-
nares duos $22\frac{1}{2}$ diebus, ex quibus constitue-
bant

bant mensem embolimum. Sed non habita ratione dimidiati diei, qui supererat, interkalabantur tantum dies 22. Cognito igitur hoc errore, rationem superiorem interkalandi mutaverunt.

In Elide] Vid. Pindar. in Olymp. Ode II. VIII. & IX. Pompon. Mela lib. II. cap. IIII, Isaac. Tzetz. in Lycophron. pag. 14. Ioseph. Scalig. lib. I. de emend. temp. pag. 27.

Romæ Capitolino] Vid. inf.

Nam dies sunt solidi] Locus est mutilus; qui tamen ex Geminio de apparentiis cœlestib. cap. VI. pag. 129. & Solin. cap. II. redintegrari potest. Legendum itaque censeo; *Nam dies sunt solidi cl̄ cl̄ DCCCCXXII, menses uno minus centum, annique vertentes solidi octo.* Vid. Suid. in ἔνταυτός.

Eudoxo Cnidio] Vid. Diogen. Laërt. Lib. VI. in eius vita, & Suid. in Δεξιο. De reliquis Octaëteridum scriptoribus, quorum hic fit mentio, vide quæ accuratissime scripsit summus vir Iosephus Scaliger. lib. II. de emend. temp.

Delphis quoque ludi] Videndus Scaliger lib. II. de emendat. tempor. pag. 50. ubi agit de periodo Delphorum Pythica.

Δωδεκαετεῖς] De hac quoque videndus Scaliger lib. II. de emend. tempor. & lib. III. canon. Isagog. pag. 175.

Meron Atheniensis] Aeliano lib. X. Variar. I 3

riar. hist. cap. viii. est Lacedæmonius.

Sex millia DCCCCXL.] Ita legendum esse Iosephus Scaliger lib. ii. de emend. temp. pag. 47. evidentissime demonstrat.

Philolai Pythagorici annus] De quo consulas eundem Scaligerum lib. ii. dicti operis.

Callippi Cyziceni] Achilles Statius in Prolegom. in Arat. annum magnum Callippicum septuaginta annos vertentes duntaxat continuisse scribit, sed falso. Melius te Scaliger docet lib. ii. de emend. temp. pag. 81.

Et Democriti] Vid. Diogen. Laërt. lib. ix. in vita Democriti.

Cum interkalares sint viginti octo] Sic Germanicum & Aldinum exemplar. Carrio male ediderat: *Cum interkalares dies sint perinde viginti octo.* Non enim viginti octo dies, sed menses, in hoc Democriti anno intercalantur. Vid. Scalig. lib. ii. de emend. temp. pag. 160.

Hipparchi ex annis] Vid. Scalig. lib. ii. de emendat. tem. pag. 105.

Quem Græce κυνικὸν] A stella nimirum, quam ἀσπόκυνα quidam, Ægyptii vero ζωδίῳ appellant. Horus Apol cap. i i i. & Plutarch. in lib. de Isid. Chalcid. in Timæum Platon. pag. 92. *Quam rationem (inquit) secutus vates etiam Homerus, ortum canicula, canem Orionis appellat.*

pellat. Cum hanc eandem stellam αἱρόκιων quidam, Ἀ̄gyptii vero συλεχλιὰ vocant. Cuius completur annus, qui κιωνὶς vocatur; annis mille quadringentis sexaginta. Corrupte; lege αἱρόκιων & ζῶθιν. Porphyr. de antro nymph. pag. 235. Αἰγυπτίοις ḥ̄ δέρχη ἔτες, ς χ' ὁ ὑδροχόος, ως Ρ' μαιοῖς, αἴλλα καρκίνος. τοὺς γὰρ τῷ καρκίνῳ ἡ σῶσις, λὺ κιωνὶς αἰσέρει Εὐλυτές Φασι.

Quem vocant Ἀ̄gyptii Thot] Cic. lib. III. de divinat. Hunc (Mercurium) Ἀ̄gyptii Thoyth appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. Laetant. lib. I. Instit. cap. VI. Hunc (Mercurium) Ἀ̄gyptii Thot appellant, à quo apud eos primus anni sui mensis, id est, September, nomen accepit. Meminit huius Euseb. lib. I. de præparat. Euangel. pag. 23. Stob. lib. I. Eclog. phys. cap. II. in princ. Arnob. lib. II. advers. gent. Theon. Scholiaest Arati pag. 158. Plin. lib. XXVII. cap. XI. Sed ibi corrupte legitur *Thiatin*.

Caniculae s̄duſ oritur] De ortu caniculae vide Plin. lib. II. cap. XLVI. & lib. XVII. cap. XXVII. Varron. lib. I. de re rust. cap. XXVIII.

Solos habet dies] Fortean legendum *Solidos*.

Uno circiter die minus est] Lucem huic loco præbet Geminus, pag. 123. Vide tamen Scaligerum, qui Censorinum aliquoties circa hunc annum κιωνὸν erroris coarguit, lib.

11. de Emendat. tempor. cap. de anno *Egyptiaco.*

Millesimo quadringentesimo sexto] Sic Aldus edidit. Et recte quidem. Nam si 1460. quadrantes, quos, ut Censorinus opinatur, *Egyptii* negligebant, colligat, fiunt dies 365. quibus constat annus solaris æqualis. Atque ita 1461. anni *Egyptiaci*, respondent nostris 1460. annis. Vid. Chalcid. loco paulo ante citato. Germanica & Carriana editio hoc loco vitiosa est.

Θεὸς ἐνιαυτὸς] Θεὸς, id est, Solis. Nam vocabulum *Deus* absolute positum, Solem significare exemplis aliquot docet Carrio lib. 11. Emend. cap. 1. Quibus adde Pollucem lib. 1. cap. vii. ubi inter alia anni synonyma etiam hoc ponit, *τοῦ ελαζέντος οὐκέτι αὐτῷ εἰς αἴρεις γέγοντος.*

Est præterea annus quem Aristoteles maximum] Haçt scio an innuat locum Aristotelis lib. 1. Meteor. cap. xi i i i. αὐτὰ πάντων τότων αἵπον τοσσοληπτέον, ὅπ γίγνεται Διός γένων εἰμαρμένων, οἷον ἡν τὸ κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχεῖς χρυσών. Τοιούτῳ πνὸς μεγάλης μέγας χειμῶν, καὶ τοσσοληπτός ὅμερων. De hoc anno magno Plato in Timæo. ἔστι δὲ ὅμως καὶ δὲν ἡτον κατανοῆσαι θεωτὸν αἰς σῆμα τέλεος δριθμὸς γρόντα τέλεον ἐνιαυτὸν αἱρεστόπε, σταυροποσῶν τὸ ὄκτακα φεύδων τὰ μεγάλα ξυμπεριεργεῖται τάχυ χῆκεφαλιώ, τῷ γά ταυτῷ καὶ ὁμοίως ιόντος αἰαμετεη-

μετενδέρται κύκλω. Quæ verba ita vertit Chal-
cidius p. 105. Est tamen intellectu facile, quod
perfectus temporis numerus perfectum annum com-
pleteat, tunc demum, cum omnium octo circumactio-
nūm cursus peracti, velut ad originem & caput cir-
cumactionis alterius revertentur, quam semper idem
atque uniformis motus dimetietur. De anno ma-
gno vide præterea Apul. de dogm. Platon.
pag. 34. Theon. in Arat. pag. 152. Plutarch,
lib. 11. de placit. Philos. cap. xxxii. Achil.
Stat. Proleg. in Arat. pag. 89. Ioseph. lib. 1.
Antiq. Iudaic. cap. iv. Quintilian. Dialog.
de clar. Orator. Solin. cap. xxxvi. Photii Bi-
blioth. pag. 714. Stobæum Eclog. Phys. lib.
1. cap. xi. pag. 21. Ciceron. lib. 11. de natu-
ra Deor. Servium lib. 111. Aeneid. ad ver-
*sum, *Interea magnum Sol circumvolvitur annum.**
Iul. Firm. lib. 1. Mathef. in præfat. Festum lib.
x1. Marium Victorin. lib. 1. Rhetor. Cice-
ronis pag. 151. Nicet. Choniat. lib. 1. The-
saur. orthod. cap. ix. Macrobius hunc annum
Mundanum appellat, lib. 11. in Somn. Scip.
cap. xi.

Diluvionem] Gloss. *κατακλυσμὸς Dilubies,*
dilubium, inundatio.

Nam his alternis] Plato in Timæo. *πλ-*
αι καὶ κῆ πολλὰ φθορέσι γεγόνασιν αὐθεώπων, καὶ
ἴσσων πυρεὶ μὴν καὶ ὑδατὶ μέγιστη, μυελοῖς δὲ ἀλλοῖς
ἴπερι βρεχόμενοι. Quē Platonis locū citat
Clemens Alexan. Strom. v. pag. 235. Arnob.

lib. i. advers. gent. & Minut. Felix in Octa-
vio. Stoicis idem placuit , teste Diogene
Laërtio in vita Zenonis. Vid. Senecam lib.
111. nat. quæst. xxvii. xxviii. & xxix. Iul.
Firm. lib. 111. Mathes. cap. i. Macrob. lib.
ii. in Somn. Scipion. cap. x. Ovid. lib. i. Me-
tamorph.

*Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus
Quo mare, quo tellus, correptaque regio cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.*

Videndus D. Augustinus lib. xi. de civit.
Dei cap. x. Nemes. de natura homin. c. 38.
Æn. Gazzæus. p. 38. Cleomed. lib. i. Meteor.
c. i. & ibid. Robert. Belfor. Ioh. Stobæus in
Eclog. phys. c. 24. Suid. in ~~Ζεύς~~. Galeot.
Marc. de doctr. promisc. c. 25.

Heraclitus & Linus decem millium octin-
gentorum] Imo duodeviginti millium , si
Plutarcho credendum , lib. ii. de placit.
Philos. cap. xxxii. & Stobæo lib. i. Eclog.
Phys. cap. xi.

Dion] Dion Neapolites, ut opinor, ma-
thematicus nobilis, cuius mentionem facit
Augustinus lib. 21. de civit. Dei. c. 8.

Quaternum annorum circuitus] Id esse
verum spatium Olympiadis , videtur est ex
Dionys. Halicarn. lib. i. Antiq. Roman. pag.
61. Nam centum viginti annos, triginta O-
lympiadas facere , diserte memorat. Vid. A-
fricanum citatum ab Eusebio lib. x. præparat.
Euan-

Euangel. pag. 286. D. Cyrill. Catech. xii.
quique illum locum in sua collectanea retulit, Suidam in voce οὐρανός. Isidor. lib. v.
Orig. cap. xxxvi i. Solin. cap. i. Quia vero hoc
temporis spatium etiam ἀετητηγίς dicitur,
ideo Poëtæ pro solido quinquennio accepe-
re. Ovid. lib. iv. de Ponto Eleg. vi.

*In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est,
Iam tempus lustrī transit in ulterius.*

Quod lustrum appellabant] *Lustrum* est o-
mnis periodus. Sic *Solis lustrum*, est annus, a-
pud Manil. lib. iii. pag. 76.

Lustra decem tribuet Solis cum mensibus octo.

Et *lustrum* quadriennii tempus, apud Ovid.
lib. iii. Fast.

--- *In lustrum accedere debet
Quæ consumatur partibus una dies.*

Sæpius pro quinquennio ponitur. Unde &
Gloss. *Lustrum*, ἀετητηγίς. Apul. Apol. pag.
401. *Annos computet, quos sexaginta mulcri as-
signabat, prober quinque & quinquaginta. Lustrum
mentitus est.* Callistrat. L. Non intelligitur. 3. 9.
Cum quinquennium. D. de Iur. fisci. Dictum au-
tem *Lustrum* putant alii à lustrando. ut Dionys.
Halicarn. lib. iv. Antiq. Roman. pag.
225. Liv. lib. i. Ulpian. in fragm. Isidor. lib.
v. Orig. cap. xxxvi i. Alii à solvendo, ut Varr.
lib. v. de ling. Lat. pag. 46. quod quinto quo-
que anno vectigalia & ultra tributa per cen-
sores persolvebantur.

A Ser-

A Servio Tullio] Liv. lib. i. Flor. lib. i.
cap.vi. & viii.

Vespasiano V. & Cæs. III. Coss.] Men-
tionem faciunt huius census Sueton. in Ve-
spas. cap.viii. & Tito cap.vi. Plin. lib. iii,
cap.v. & lib. vii. cap. xl ix. Iul. Capitol. in
M. Antonin. Philosopho in pr. Item numi
antiqui.

Anni interfuerint paulo minus sexcenti
quinquag. Sic omnes editiones habent, qua-
re nihil mutare ausi sumus: quamvis ex Fastis
Onufrii & Goltzii constet, annos interfuisse
paulo minus sexcentos quadraginta. Plin. lib.
iii. cap.v. Censuram Vespasiani in annum
urbis 828. confert. Vid. Scalig. lib. ii. de e-
mend. temp. pag. 174.

Per Capitolinius agonas] Primus agon
Capitolinus à Domitiano institutus est, A. V.
C. 839. Fast. Capitol. Sueton. in Domit. cap.
i v. Clem. Alexand. Strom. i. pag. 145. Vid.
Scalig. lib. v. de Emend. temp. pag. 451. &
lib. i. Auson. lect. cap.x.

CAPUT XIX.

Annus vertens est natura, dum Sol per-
currans duodecim signa, eodem, unde
profectus est, redit. Hoc tempus quo die-
rum esset, ad certum nondum astrologi re-
perire potuerunt. Philolaus annum natura-
lem dies habere prodidit ccclxi i i i. & di-
midia.

midiatum. Aphrodisius ccclxv. & partem
 diei octavam. Callippus autem ccclxv. &
 Aristarchus Samius tantundem, & præterea
 diei partem MD CXXI 11. Meton vero ccclxv.
 & dierum quinque undevigesimam partem.
 Oenopides ccclxv. & dierum duum & vigin-
 ti undesexagesimam partem. Harpalus au-
 tem ccclxv. & horas æquinoctiales trede-
 cim. At noster Ennius ccclxvi. Plerique
 præterea incomprehensibile quiddam & in-
 enuntiabile esse existimaverunt. sed pro ve-
 ro, quod proximum putabant, amplexi sunt,
 dies scilicet ccclxv. Igitur cuī tanta inter
 viros doctissimos fuerit dissensio: quid mi-
 rum, si anni civiles, quos diversæ civitates,
 rudes etiam tum, sibi quæque statuebant, tam
 inter se discrepant, quam cum illo naturali
 non congruant? Et in Ægypto quidem an-
 tiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse;
 post deinde ab Isone rege quadrimestrem fa-
 ctum: novissime Arminon ad tredecim men-
 ses & dies quinque perduxisse. Item in Acha-
 ia Arcades trimestrem annum primo habui-
 se dicuntur, & ob id ἀργεληνοι appellati: non,
 ut quidam putant, quod ante sint nati, quam
 Lunæ astrum cœlo esset: sed quod prius ha-
 buerint annum, quam in Græcia ad Lunæ
 cursum constitueretur. Sunt qui tradant,
 hunc annum trimestrem Horum instituisse.
 coque ver, æstatem, autumnum, hyemem æ-
 gis,

eges, & annum ὅρον dici, & Græcos annales, ὁρέας, eorumque scriptores ὥροχεάφες. Itaque quatuor annorum circuitum in modum πεντετηρίδος annum magnum dicebant. Cares autem, & Acarnanes, seimestres habuerunt annos, & inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent, aut senescerent: eosque coniunctos, veluti πεντηρίδα, annum magnum.

I N C A P U T X I X.

Annus vertens] *Annus vertens* est, dum sol ad id signum se denuo vertit, ex quo digressus est. Macrobi. lib. i. Saturnal. cap. xiv. Plato in Timæo: Ενιαπτὸς δὲ ὁ πόταν ἡλιος τὸ εἰατῆς ὠθεέλθοι κύκλον. Ammon. in Categor. Aristot. pag. 69. b. annum similiter definit, οὐ διπλὸν ζωδιακὸν κύκλον δὲ ἡλίου ὠθεόδον. Vid. Polluc. lib. i. cap. viii.

Philolaus annum nat.] Philolaum anno solari dies tribuisse trecentos sexaginta quatuor & dimidiatum, constat ex eiusdem anno magno, de quo sup. cap. præcedenti. Vide Scalig. lib. ii. de emend. temp. pag. 159.

Aphrodisius] Sic in MS. fuisse testatur Fr. Modius in Navantiq. lect. Epist. xlvi. Cur autem legendum censeat *Alphrodius* potius quam *Aphrodisius*, ipse viderit; rationem enim non addit. In Germ. & Aldina editione est *Aphyrodius*. Callip-

Callippus autem trecent. sexag. quinq.] Adde & quadrantem. Nam si 27759. dies divisoris per annos 76, quibus constat periodus Callippica, annus solaris vertens habebit dies 365 $\frac{1}{4}$. Vid. Ptolem. lib. 111. magnæ constr. pag. 63. Gemin. pag. 140. & seq. Scalig. lib. 1. de emend. temp. pag. 17.

Aristarchus Samius tantund. & præt. diei part. mill.] In Franc. Modii schedis fuit, partem xvii. Vid. Epist. XLVI. Novantiq. lect.

Meton vero trecent.] Ptolem. lib. 111. magnæ constr. pag. 63. ὁ ἐνιαύσιος οὐ δέ τε περὶ Μέτωνος καὶ Ευκλήμονος πείσχει ημέρας τέτε. δ'. καὶ οὐ μίας ημέρας.

Oenopides.] Meminit Ælian. lib. x. Variia. histor. cap. vii. Vid. Scalig. lib. 11. de emend. temp. pag. 161.

Harpalus autem trec. sexag. qu. & horas æquinoctiales tredecim] Imo duodecim: ut evidentissime demonstrat Ioseph. Scalig. lib. 11. de emend. temp. pag. 66.

Dies scilicet trecentos sexag. quinq.] Notat Heliodor. lib. ix. pag. 444. Ægyptios hanc anni quantitatem voce Νεῖλος indicasse. οὐδὲν δὲ τὸν ἐνιαυτὸν αὐτὸν πικρὺς εἶναι τὸν Νεῖλον, τόπος καὶ τὸ περιηγοῦσας ἐπιβεβαυμένος. τῶν γὰν οὐ τέγομα συχέιντων. εἰς φύφεις μετελαμβανομένων, πέντε καὶ ἑπτάκοντα καὶ τελεκόσται μηνάδες, οἵα

καὶ τὸν ἡμέρας Σωαχθίστη. Eustath. ad
vers. 224. Dionysii perieg.

N	50.
E	5.
I	10.
A	30.
O	70.
Σ	200.
	365.

De Persis Curtius lib. III. *Magos trecenti & sexaginta quinque iuvenes sequebantur puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Persis quoque in totidem dies descriptus est annus.* Græci eundem numerum dierum anni indicare voluerunt suis Daphnephoriis: de quibus vide quæ ex Procli Chrestomathia exscripsit Photius biblioth. pag. 525. Et Numa Pompilius, apud Romanos simulacro Iani manu dextera trecentorum, & sinistra sexaginta & quinque numerum retinente. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. ix. Vid. Plin. lib. XXXIV. cap. vii.

Et in Ægypto quidem ant. fer. annum bimestrem fuisse] Imo menstruus fuit, ut scribit Diodor. Siculus lib. I. pag. 22. Varro citante Lactantio lib. II. Instit. cap. xiii. Plutarch. in Numa pag. 131. Plin. lib. VI. cap. XLVII. Augustin. lib. XII. de civitat. Dei, cap. x. & lib. XV. cap. XII. Suid. in Ἀλεξ. Proclus

clus lib. i. in Timaeum Plat. pag. 33. εἰ δὲ τῷ
οὐ φησιν Εὔδοξος αἱλυθεῖς, ὃν Αἰγύπτιοι τὸν μῆ-
να ἔνιαν τὸν ἐκάλευν. Macrobius lib. i. Saturni
cap. xiv.

Ab Isone] Varia est huius loci lectio.
Nam & Pisone, Bisone, Bihone, Pherone, legi-
tur. Ultimum placet Manutio ex Herodoti
lib. ii.

Quadrimestrem factum] Solin. cap. iii.
Plutarch. in Numa, pag. 31. Αἰγυπτίοις δὲ μήναι-
σι τῷ ἔνιῳ ἔνιαν τὸν ἐπτετάρτον μῆνα, ὃς Φασι.
Augustin. lib. 12. de civit. Dei. c. 10. & lib. xv.
de civitat. Dei, cap. xi.

Arminon] Nusquam hunc inter reges A-
gypti invenio. An est Armais? cuius meminit
Iosephus lib. i. contra Appion. pag. 104.
Non liquet.

Arcades trimestrem] Sic Plin. lib. viii.
cap. xlvi. Solin. cap. iii. Macrobius lib. i.
Saturn. cap. xi. D. Augustin. lib. xv. de civi-
tat. Dei, cap. xii. At Plutarch. in Numa Ar-
cadas quadrimestrem annum habuisse auctor
est. Vid. Stob. Eclog. Phys. pag. 21.

Πρεστέλλων] Vid. Lucian. οὐδὲ αἴρολ. pag.
829. Scholia st. Apollon. Rhod. lib. iv. Argonaut. vers. 264. Scholia st. Aeschyli in Pro-
metheo. Stephan. de urbibus in Αἴγας. Suid. in
Βεκκεστέλλων. Ovid. lib. i. Fastor. Cicet. pro
Fundanio. Iohan. Tzetz. histor. Chiliad. 2. 55.
& Chiliad. 4. hist. 2.

Horum instituisse] De Hord Rege Aegypti, vid. Herodot. lib. II. pag. 165. Diodor. Sicul. lib. I. pag. 22. Macrobius. lib. I. Satur. c. 21. Diogenes autem Laertius in Thalete memorat, Thaletem τὰς ὥρας δὲ ἐνιαυτᾶς inventisse.

Eoque ver, et statem] Diodor. Sicul. lib. I. pag. 23. κατ' ἐκείνης γῳ στὸν χρόνος τὸ ἐνιαυτὸν απαρτίζεσθαι τέτταροι μηνοί, τοῖς γεωμετρίοις κατὰ τὰς ἑκάσταν τὴν χρόνων ὥρας, οἷον Σαρῶν, Θέρου, Χειμῶνος. αὐτὸς δὲ αὐτοῖς παρ' ἐκείνοις τὸ Ελλήνων στὸν ἐνιαυτὸν ὥρας καλεῖσθαι. πὺ τὰς κατ' ἔτος ἀναγεγραφάς, ὠρογεγραφίας προσαρθρέσθαι. Annūm antiquitus ὥραν Græce dictum testatur etiam Plutarchus Sympos. lib. v. quæst. i v. Hesychius Grammaticus, Etymol. Magn. Emendavimus autem hunc locum ante depravatum, legimusque: *Eoque ver, et statem, autumnum, hyemem, ὥρας, & annum ὥραν dici, & Græcos annales ὥρας, eorumque scriptores ὥραγράφας.*

Cares autem & Acarnanes] Vid. Plutarch. in Numa, pag. 131. Macrobius. lib. I. Saturn. cap. XII. Solin. cap. IIII. D. Augustin. lib. XV. de civit. Dei, cap. XI.

C A P U T X X .

Sed, ut hos annos mittam, caligine iam profundæ vetustatis obductos: in his quoque, qui sunt recentioris memoriæ, & ad

ad eursum Lunæ vel Solis instituti, quanta sit varietas, facile est cognoscere, si quis vel in unius Italæ gentibus, ne dicam peregrinis, vult anquirere. nam, ut alium Ferentini, alium Lavinii, itemque Albani vel Romani, habuerunt annum: ita & aliae gentes. omnibus tamen fuit propositum, suos civiles annos, varie interkalandis mensibus, ad unum verum illum naturalemque costrigere. De quibus omnibus differere quoniam longum est, ad Romanorum annum transibimus. Annum vertentem Romæ Licinius quidem Macer, & postea Fenestella, statim ab initio duodecim mensium fuisse scripserunt. sed magis Iunio Gracchano, & Fulvio, & Varroni, & Suetonio, aliisque credendum, qui decem mensium pittaverunt fuisse: ut tunc Albanis erat, unde orti Romani. Hi decem menses dies trecentos quatuor hoc modo habebant.

MARTIUS	xxxii.
APRILIS	xxx.
MARIUS	xxxii.
IUNIUS	xxx.
QUINTILIS	xxxii.
SEXTILIS & SEPTEMBER	xxx.
OCTOBER	xxxii.
NOVEMBER & DECEMBER	xxx.

quorum quatuor maiores pleni, cæteri sex cavi vocabantur. Postea, sive à Numa, ut ait

K 2 Ful-

Fulvius, sive, ut Iunius, à Tarquinio duodecim facti sunt menses, & dies **cccclv.** quamvis Luna duodecim suis mensibus **cccciiii** dies videatur explere. Sed, ut unus dies abundaret, aut per imprudentiam accidit, aut, quod magis credo, ea superstitione, qua impar numerus plenus, & magis faustus habebatur. Certe ad annum priorem unus & quinquaginta dies accesserunt: qui quia menses duos non implerent, sex illis cavis mensibus dies sunt singuli detracti, & ad eos additi, factique sunt dies quinquaginta septem: & ex his duo menses, Ianuarius undetriginta dierum, Februarius duodetriginta. Atque ita omnes menses pleni, & impari dierum numero esse cœperunt, excepto Februario, qui solus cavus, & ob hoc cæteris infaustior est habitus. Denique, cum interkalarem mensem viginti duum, vel viginti trium dierum alternis annis addi placuisse, ut civilis annus ad naturalem exæquaretur: in mense potissimum Februatio, inter Terminalia & Regifugium, interkalatum est. idque diu factum, priusquam sentiretur, annos civiles aliquanto naturalibus esse maiores. Quod delictum ut corrigeretur, Pontificibus datum est negotium, eorumque arbitrio interkalandi ratio permissa. Sed horum plerique, ob odium, vel gratiam, quo quis magistratus citius abiret, diutiusve fungeretur, aut publici re-

ci redemtor ex anni magnitudine in lucro
dam nove esset, plus minusve ex libidine in-
terkalando, rem sibi ad corrigendum man-
datam, ulti deprivarunt. Adeoque aberra-
tum est, ut C. Cæsar Pontifex Maximus, suo
III. & M. Æmilii Lepidi consulatu, quo re-
tro delictum corrigeret, duos menses inter-
kalarios dierum sexaginta septem, in men-
sem Novembrem & Decembrem interpone-
ret, cum iam mense Februatio dies tres &
viginti interkalasset, faceretque eum an-
num dierum **CDXLV**, simul providens in fu-
turum, ne iterum erraretur. nam interka-
lario mense sublato, annum civilem ad Solis
cursum formavit. Itaque diebus **CCCLV** ad-
didit **x.** quos per septem menses, qui dies un-
detricenos habebant, ita distribuit, ut Ianua-
rio, & Sextili, & Decembri bini accederent,
cæteris singuli: eosque dies extremis partibus
mensium apposuit, ne scilicet religiones sui
cuiusque mensis à loco summoverentur.
Quapropter nunc cum in septem mensibus
dies singuli & triceni sint, quatuor tamen illi
ita primitus instituti eo dinoscuntur, quod
nonas habent septimanas: cæteri, quintanas.
Præterea pro quadrante diei, qui annum ve-
rum suppleturus videbatur, instituit, ut pera-
cto quadriennii circuitu, dies unus, ubi men-
sis quondam solebat, post Terminalia inter-
kalaretur: quod nunc Bisextum vocatur. Ex

hoc anno, ita à Iulio Cæfare ordinato, cæteri ad nostram memoriam Iuliani appellantur, iisque consurgunt ex 1111 Cæesaris consulatu. qui, etiam si non optime, solitamen ad annum naturæ aptati sunt. nam & priores alii, etiam si qui decimestres fuerunt, nec Romæ modo, vel per Italiam, sed & apud gentes omnes, quantum poterat idem, fuerunt correcti. Itaque cum de aliquo annorum numero hic dicetur, non alios par erit, quam naturales accipere. &, si origo mundi, in hominum notitiam venisset, inde exordium sumeremus.

IN CAPUT XX.

LAvinii] Laviniorum annus tredecim mensibus terminabatur, eratque dierum trecentorum septuaginta quatuor, ut Solinus auctor est, cap. 111. D. August. lib. xv. de civit. Dei, cap. xii.

Annum vertentem] Annum Romuli duodecim habuisse menses, Licinii Maçri & Fenestella opinionem sequutus, docet Josephus Scaliger lib. ii. de emend. temp. pag. 165.

Iunio Gracchano] Sic etiam Ulpiano dicitur L. i. in pr. D. *De offic. quest.* At Varroni est *Iunius Gracchus* lib. v. de ling. Lat. pag. 50.

Aliisque credendum] Gell. lib. iii. cap. xvi.

xvi. Macrob. lib. i. Saturnal. cap. xii. Solin. cap. 111. Ovid. lib. i. Fast. Plutarch. in Numa pag. 131.

A Numa] Liv. lib. i. pag. 16. Plutarch. in Numa pag. 132. Plin. Secundus de vir. illust. Macrob. lib. i. Saturn. cap. xiiii.

Ea superstitione qua impar numerus] Vid. Servium ad illud Virgilii Eclog. viii.

--- *numero Deus impare gaudet.*

Macrob. lib. i. Saturnal. cap. xiiii. Solin. cap. 111.

Interkalarem mensem] Qui dictus est *Merkidinus*, ut Plutarch. in Numa, vel *Merkedonius*, ut idem in Cæsare memoriae prodidit. Rationem vero interkalandi, de qua hic agitur, vide apud Macrob. lib. i. Saturnal. cap. xiiii. Solin. cap. 111. & Ioseph. Scalig. lib. ii. de emend. temp.

Terminalia] Varro lib. v. de ling. Latin. pag. 46. Terminalia, quod is dies anni extremus constitutus. Duodecimus enim mensis fuit Februarinus, & cum intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense. Vid. Scalig. lib. i. de emend. temp. pag. 14. ubi Censorinum erroris in hac re coarguit.

Regifugium] De hoc Festus. Regifugium, dies notatur in Fastis VI. Kal. Martias, ut ait Verrius, ita dictus, quia eo die rex Tarquinius Roma fugerit. Ovid. lib. ii. Fast. in vii. Kal. Martii recessit.

Annos civiles aliquanto naturalibus esse maiores] Succrescebat enim singulis annis dies unus.

Pontificibus datum est negotium] Fastorum custodia penes Pontifices fuit, commissa illis à Numa Pompilio, ut testatur Livius lib. i. Qui Fasti, et si à C. Flavio Scriba, ut idem lib. i. x. narrat, postea evulgati sint, interkalandi tamen, diesque vel eximendi vel transponendi arbitrium, penes eosdem permanxit.

Sed horum plerique] Eandem sacerdotum fraudem notat quoque Sueton. in Iul. Cæs. cap. xl. Ammian. Marcellin. lib. xxvi. pag. 334. Solin. cap. iii. Macrob. lib. i. Saturn. cap. xiv.

Ut C. Cæsar Pontifex] De hac C. Iulii Cæsaris correctione anni, vid. Dion. Cass. lib. xlii. pag. 227. Appian. lib. ii. de bello civili in fin. Sueton. in Iul. Cæs. cap. xl. Ovid. lib. 3. fastor. Plin. lib. xviii. cap. xxv. Plutarch. in Cæs. pag. 1349. Macrob. lib. i. Saturn. cap. xiv. Tangit & Solin. cap. iii. sed ineptissime. Optime Scaliger lib. iv. de emend. temp.

Quâdringentorum quadraginta quinque] Macrob. lib. i. Saturnal. cap. xiv. habet dies quadringentos quadraginta tres. Corrupte, ut opinor. Legendum itaque, *quadringentos quadraginta quatuor*. Tot enim dies annum con-

confusionis habuisse, evidentissime ostendit Scaliger lib. iv. de emend. temp. in eo que dissentit à Censorino nostro, qui mensem Merkedonium sive interkalarium, eo anno imparem fuisse existimat, ipse vero param.

Ut Ianuario] Macrob. lib. i. Saturn.

c. 10.

Ne scilicet religiones] Macrob. hæc explicat lib. i. Saturnal. cap. xiv.

Cum in septem mensib.] Pertinent huc versus Ausonii:

*Implent tricenas per singula menstrua luges
Iunius, Aprilisque, & cum Septembre Novem-
ber.*

*Vnum ter denis cumulatius adde diebus
Per septem menses, Iani Martisque Calendis,
Et quas Maius agit, quas Iulus, Augustusque,
Et quas October, positusque in fine December.
Vnus erit tantum duodetriginta dierum,
Quem Numa præposito voluit succedere Iano.
Sic tercentenis decies accedere senos,
Quadrantemque, & quinque dies, sibi computat
annus.*

Quatuor tamen illi] Vid. Macrob. lib. i. Saturnal. capp. xiiii. xiii. & xiv.

Quod nunc Bisextum] Ideo quod eo anno bis dicatur, Sexto Kalend. Martias. L. deniq. 3. 5. minorem D. de minor. L. cum bisextum. 98. D. de Verbor. signif. Augustin. lib. 4. de tri-

K 5

nit.

nit.c.4. Macrob. lib. i. Saturnal. cap.xiv.
Vid. Isidor. lib. vi. Orig. cap. xvii. Am-
mian. Marcel.lib. xxvi. pag.334.

*Qui etiam non optime] Locus deprava-
tus, quod vel lectionum varietas facile in-
dicat.*

*Si origo mundi] De anno conditi mun-
di mira inter eos etiam, quibus literæ sacræ
notæ sunt, discrepantia. Secundum Iose-
phi Scaligeri tamen illustrissimi & exactissi-
mi chronographi calculum, annus quo ista
scribimus, est à conditu mundi 5562. qui est
à nato Christo iuxta Dionysium 1613.*

C A P U T X X I .

Nunc vero id intervallum temporis tra-
ctabo, quod *ἰστελλόν* Varro appellat. Hic
enī tria discrimina temporum esse tradit.
Primum, ab hominum principio ad cata-
clysmum priorem: quod propter ignoran-
tiā vocetur *ἀδηλόν*. secundum, à cataclysmo
priore ad Olympiadē primam; quod quia
in eo multa fabulosa referuntur, *μυθικὸν* no-
minatur: tertium, à prima Olympiade ad
nos, quod dicitur *ἱστορικόν*, quia res in eo ge-
stae veris historiis continentur. Primum tem-
pus, sive habuit initium, sive semper fuit, cer-
te quot annorum sit, non potest compre-
hendi: secundum non plane quidem scitur,
sed tamen ad mille circiter & 100. annos esse
credi-

creditur. à priore scilicet cataclysmo, quem Ogygium dicunt, ad Inachi regnum, anni circiter cccc. hinc ad Olympiadem primam paullo plus cccc. Quos solos, quamvis mythici temporis postremos, tamen quia à memoria scriptorum proximos, quidam certius definire voluerunt. Et quidem Sofibius scripsit, esse cccxcv. Eratosthenes autem, septem & cccc. Timæus ccccxvii. Aretes ixiiii. & præterea multi diverse, quorum etiam ipsa dissensio incertum esse declarat. De tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores dissensio, in sex septemve tantummodo annis versata. Sed hoc, quodcumque caliginis, Varro discussit: & pro cætera sua sagacitate, nunc diversarum civitatum conferens tempora, nunc defecetus, eorumque intervalla retro dinumerans, eruit verum, lucemque ostendit, per quam numerus certus non annorum modo, sed & dieorum perspici possit. Secundum quam rationem, nisi fallor, hic annus, cuius velut index & titulus quidam est, Ulpii & Pontiani consulatus, ab Olympiade prima millesimus est & quartus decimus, ex diebus duntaxat æstivis, quibus agon Olympicus celebratur, à Roma autem condita Dcccc-xci, & quidem ex Parilibus, unde urbis anni numerantur. Eorum vero annorum, quibus Julianis nomen est, cc. lxxxiiii, sed ex die Kal.

Kal. Ian. unde Iulius Cæsar anni à se constituti fecit principium. At eorum, qui vocantur anni Augustorum, cclxv. perinde ex Kal. Ian. quamvis ex ante diem decimum sextum Kal. Februarii Imperator Cæsar, D. F., sententia L. Munacii Planci, à Senatu, cæterisque civibus, Augustus appellatus est, se vii. & M. Vipsanio Agrippa III. Coss. Sed Ægyptii, quod biennio ante in potestatem ditionemque Pop. Rom. venerunt, habent hunc Augustorum annum cclxvi. Nam, ut à nostris, ita ab Ægyptiis, quidam anni in literas relati sunt. ut quos Nabonnazaru nominant, quod à primo imperii eius anno consurgunt, quorum hic DCCCC. LXXXVI. item Philippi, qui ab excessu Alexandri Magni numerantur, & ad hunc usque perducti, annos DLXII consummant. Sed horum initia semper à primo die mensis eius sumuntur, cui apud Ægyptios nomen est Thoth: quique hoc anno fuit ante diem vii. Kal. Iul. cum abhinc annos centum, Imperatore Antonino Pio, II. & Brutio Præfente Coss., iidem dies fuerint ante diem xi. Kal. August. quo tempore solet Canicula in Ægypto facere exortum. Quare scire etiam licet, anni illius magni, qui, ut supra dictum est, & solaris, & canicularis, & Dei annus vocatur, nunc agi vertentem annum centesimum. Initia autem istorum annorum propterea notavi, ne quis eos aut ex Kal.

Kal. Ian. aut ex alio aliquo tempore simili putaret incipere : cum his conditorum voluntates, non minus diversæ sint, quam opiniones philosophorum. Iccirco aliis à novo Sole, id est, à bruma, aliis ab æstivo solstitio, plerisque ab æquinoctio verno, partiim ab autumnali æquinoctio, quibusdam ab ortu vergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis à canis exortu, incipere annus naturalis videtur.

IN CAPUT XXI.

QUod dicitur *ἰσόεικον*] Hinc Africanus apud Euseb. lib. x. præpar. Euang. & Iustin. Martyr λόγῳ παραπέτ. aiunt, ὅπ γέ δὲν Εὐθητοι τελοῦ τῶν Ολυμπιάδων αἰκετῆς ισόεικα.

Primum tempus] Vid. Aristotel.lib.vii.
Phys.cap. i..

Sed tamen ad mille circ. & sexcentos] De integritate huius loci vehementer dubito: mutare tamen quicquam absque auctoritate veterum codicum religio fuit. De tempore certe à cataclymso Ogygio, usq; ad primam Olympiadem, inter scriptores non convenit. Nam noster numerat annos MDC. Africanus autem & alii, quos citat Eusebius lib. x. præparat. Euangel. pag. 287. & seqq. mille & viginti tantum. Deinde Censorinus Inachum Ogyge posteriorem facit, qui tamen prior fuit.

fuit. Euseb. ibid. & in Chron. lib. posteriore. Nisi velis referre ad Inachum Sicyoniorum regem. At hunc non Inachum, sed Ianissum fuisse, ex Pausania docet Iosephus Scaliger in animadversionibus in Eusebii Chronic. pag. 44. Vid. eundem lib. 111. canon. Isagog. pag. 340.

Ad Olympiadem primam] Iphiti nimis. Nam Hercules primus huius ludicri, ut plurimorum est opinio, auctor fuit: deinde intermissum aliquamdiu Iphitus instauravit, ut Solinus tradit. Sed quia Solini locus corruptus est, illum ex vetustis manuscriptis codicibus, qui asservantur in Illustrissimi Principis Holstiae bibliotheca, integratius restitutum hic apponere placet. Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermissum Iphitus Elius instauravit, post excidium Troiae anno quadringentesimo octavo. Ergo ab isto numeratur Olypias prima. Vid. Patrcul. Histor. lib. 1.

Varro discussit] Par laus Varroni tribuitur à Cicerone lib. 1. Academ. quæst. Tu atatem patræ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionū & locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas, aperuisti.

Index & titulus] Quod Censorino index & titulus, id Græcis ἱστορίῃ est.

Ab

xviii.

Ex diebus duntaxat æstivis] Liv. lib. xxvii.
pag. 657. *Olympia ludicrum ea æstate futurum
erat, quod maximo cætu Gracia celebraretur.*

A Roma autem condita] De intervallo
primæ Olympiadis, usque ad Romanam condi-
tam, variæ sunt & discrepantes auctorum sen-
tentiae, relatæ à Dionys. Halicarn. lib. i. An-
tiq. Roman. pag. 60. Solin. cap. ii. Inter il-
las autem duæ sunt præcipuae: altera Porcii
Catonis, altera M. Varronis. Cato, qui que
eius seëtam sunt sequuti, uti Dionys. Hali-
carnas. lib. i. Antiq. Rom. pag. 57. & 60. &
seq. item Solin. dict. cap. ii. statuunt, Ro-
manam esse conditam anno primo septimæ O-
lympiadis. Varro autem & qui illum se-
quuntur, uti Pomponius Atticus, M. Tullius,
citati à Solino, Velleius Paterculus lib. i.
pag. 6, & Censorinus, anno tertio sextæ Olym-
piadis conditam esse opinantur. De primis au-
tem Palilibus vide quæ differit Ioseph. Sca-
liger lib. v. de Emend. temp. pag. 362.

Parilibus] Sic scribunt Festus Pomp. Var.
lib. ii. de re rust. cap. i. Cic. lib. ii. de divin.
Liv. lib. xz. Dionys. Halicarn. lib. i. pag. 75.
Solin. cap. ii. Alii *Palilia*. Ovid. lib. i v. Fast. &
x iv. Metamorph. Plutarch. in Romul. pag.
42. Plin. lib. xvi i i. cap. xxvi.

Anni Augustorum] Dicuntur & *Augustani*
inf.

inf. cap. seq. ideo, quod C. Cæsar Octavianus eo anno Augusti cognomen sumvit. Sueton. in Augusto cap. vii. Dion Cass. lib. lxxii. pag. 581. Vell Patercul. lib. 2. quod deinceps sequentes Imperatores retinuerunt. At quod Censorinus scribit ex ante diem xvi. Kal. Feb. Cæsarem Octavianum Augustum appellatum esse, id Ovid. lib. 1. Fastor. in Idus Ianuarias confert.

*Idibus in magni castus Iovis æde sacerdos
Semimaris flammis viscera libat ovis.
Reddit aque est omnis populo provincia nostro:
Et tuus Augusto nomine dictus avus.*

Nabonazaru nominant] De Nabonazaro, & annorum ab ipso denominatorum epocha, vide quæ traduntur à Scaligero lib. v. de Emendat. temp. pag. 368.

Quorum hic nongentesimus] A prima igitur Olympiade Iphiti, ad epocham Nabonazari, anni sunt viginti octo. Ab urbis conditu anni quinque.

Ab excessu Alexандri Magn.] Mortuus est igitur Alexander Mag. Olympiadis cxiiii. anno ultimo. vel, ut Iosephus lib. 1. cont. Appion. pag. 1048. existimat, anno primo Olympiadis cxiv. Anno ab V. C. 429. Ab epocha Nabonazari anno 424.

Sed horum initia] Porphyr. in lib. de antro Musarum. Αἰγυπτίοις ἡ δρόχη ἔτες, 8χ όνδρος χόρος, αἱς Π' αμαῖοις, αἱδαὶ καιροί. τοῖς γὰρ τῷ

τῷ παρκίνῳ, ἡ σῶθις, λῦ χυνὸς αἰσέπει Εὐλογές
φασι.

Canicula in Aegypto] Vide Scalig. lib.
111. de Emendat. temp. cap. de anno Aegyptiaco.

Et Dei] Dei legendum est, non diei. θεῶν
κύριος, sup.ca. 18.

Cum his conditorum voluntates] Simplic. in Comment. in lib. v. Aristotel. φυσ.
ἀκροάσ. pag. 205. ἀ. ὃς ἢ ημέτις ποιήμεθα δόχας
ἐνιαυτῷ μὴν τοῖς θεοῖς τερπναῖς ὡς Αἴγυπτοις, ἢ
τοῖς μετοπωενταῖς, ὡς οἱ τοῖς θεοῖς καλεμένους γί-
σταιν, ἢ τοῖς χειμερενταῖς, ὡς Ρώμαιοις, ἢ τοῖς ιαε-
ναῖς, ὡς Αἴρραῖς καὶ Δαμασκούιοι.

A novo sole, id est, à bruma] Varro lib.
v. de ling. Lat. pag. 49. Nonæ appellatae, aut
quod ante diem nonum Eidus semper, aut quod ut
novus annus Kalenda Ianuaria ab novo Sole appel-
late, novus mensis, nova Luna, Noneis. Ovid. lib.
1. Fastor.

Bruma novi prima est, veterisque novissima
Solis.

Principium capiunt Phœbus & annus idem.
Dissentit Servius ad Virgilii lib. vii. Aenid.
ad illum versum, --- *Vel cum Sole novo.* in-
quit enim: *Proprie Sol novus est octavo Kalendas
Ianuarias.*

C A P U T XXII.

MEnsum genera duo. nam alii sunt naturales, alii civiles. Naturalium species duæ, quod partim Solis, partim Lunæ esse dicantur. Secundum Solem fit mensis, dum Sol unumquodque in zodiaco orbe signum percurrit. Lunaris est autem, temporis quoddam spatium à nova Luna. Civiles menses sunt numeri quidam dierum, quos unaquæque civitas suo instituto observat; ut nunc Romani à Kalendis in Kalendas. Naturales, & antiquiores, & omnium gentium communnes sunt. Civiles, & posterius instituti, & ad unamquamque pertinent civitatem. Qui sunt cœlestes, sive Solis, seu Lunæ, neque peræque inter se pares sunt, nec dies habent totos. quippe Sol in Aquario moratur circiter undetriginta, in Pisce fere triginta, in Ariete unum & triginta, in Geminis prope triginta & duos: & sic in cæteris inæquabiliter. sed usque adeo non totos dies in singulis; ut annum suum, id est, dies trecentos sexaginta quinque, & portionem nescio quam, adhuc Astrologis inexploratam, in duodecim suos dividat menses. Luna autem singulos suos menses conficit diebus undetriginta circiter, & dimidiato. sed & hos inter se dispares, alias longiores, alias breviores. At civitatium menses vel magis numero

ro

ro dierum inter se discrepant: sed dies ubique habent totos. Apud Albanos Martius est sex & triginta, Maius viginti & duum, Sextilis duodeviginti, September sedecim. Tusculanorum Quintilis dies habet triginta sex, October triginta duos. idem October apud Aricinos triginta novem. Minime videntur errasse, qui ad Lunæ cursum menses civiles accommodarunt, ut in Græcia plerique, apud quos alterni menses ad tricenos dies sunt facti. Maiores quoque nostri idem sunt æmulati; cum annum dierum ccclv. haberent. Sed D. Iulius cum videret hac ratione nec ad Lunam menses, ut oportebat, neque annum ad Solem convenire, malui annum corrigere: ut sic etiam menses, vel cum veris illis solaribus, & si non singuli, universaliter tamen ad anni finem necessario concurrerent. Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse, Fulyius & Iunius auctores sunt: & quidem duos primos à parentibus suis nominasse, Martium à Marte patre, Aprilem ab Aphrodite, id est, Venere: unde maiores eius oriundi dicebantur. proximos duos à populo, Maium à maioribus natu, Iunium à iunioribus; cæteros ab ordine, quo singuli erant: Quintilem usque ad Decembrem perinde à numero. Varro autem Romanos à Latinis nomina mensum accepisse arbitratur. auctores eorum antiquiores,

quam urbem fuisse, satis argute docet. Itaque Martium mensem à Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater, sed quod gens Latina bellicosa. Aprilem autem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo; quod tunc fere cuncta gignantur, & nascendi claustra aperiat natura. Maium vero non à maioribus, sed à Maia nomen accepisse; quod eo mense tam Romæ, quam antea in Latio, res divina Maiæ fiat, & Mercurio. Iunium quoque à Iunone potius, quam iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habeantur. Quintilem, quod loco apud Latinos fuerit quinto: item Sextilem, ac deinceps ad Decembrem, à numeris appellatos. Cæterum, Ianuarium & Februarium postea quidem additos, sed nominibus iam ex Latio sumtis: & Ianuarium ab Iano, cui attributus est, nomen traxisse, Februarium à februo. Est *februum* quidquid piat purgatque; & *februamenta* purgamenta: item *februare*, purgare, & purum facere. *Februm* autem non idem usquequaque dicitur. nam aliter in aliis sacris februatur, hoc est, purgatur. In hoc autem mense Lupercalibus, cum Roma lustratur, salem calidum ferunt, quod *Februm* appellant. unde dies Lupercalium proprius Februatus, & ab eo porro mensis Februarius vocatur. Ex his duodecim mensibus duorum tantum nomina iminutata, nam, qui

Quin-

Quintilis fuit, Iulius cognominatus est, C. Cæsare v. & M. Antonio Coss., anno Iuliano secundo. qui autem Sextilis fuerat, ex S. C., Marcio Censorino, C. Asinio Gallo Coss., in Augusti honorem dictus est Augustus, anno Augustano xx. Quæ nomina etiam nunc ad hanc permanent memoriam. Postea vero multi Principes nomina quædam mensum immutaverunt, suis nuncupando nominibus. quod aut ipsi postmodum mutaverunt, aut post obitum eorum, illa nomina pristina suis redditæ mensibus fuerunt.

IN CAPUT XXII.

MEnsum genera] Mensum pro mensium, Infr. nomina quedam mensum immutarunt. Sup. cap. i x. alterum septem mensum, alterum decem. Ovid. lib. v. Fast.

Nec tu dux mensum Iane biformis eras.

Lunaris est autem] Lunaris mensis triplex est, ὥροδικὸς, συνωδικός, & φάσεως. Mensis ὥροδικὸς est, cum Luna ab eodem puncto zodiaci profecta, ad idem revertitur. Quod tempus constat secundum Plin. lib. i. cap. ix. & Chalcid. in Timæum Platon. p. 59. diebus $27\frac{1}{2}$. Secundum Cleomedem lib. i. Meteor. cap. i i i. diebus $27\frac{1}{2}$. Secundum vero Gelium lib. i i i. cap. x. & Macrob. lib. i. Somn. Scip. cap. vi. diebus 28. Vitruv. lib. 9. c. 4.

L 3 diebus

diebus 28, & una circiter hora amplius. Martian. Capell.lib.8.diebus 27. & helle. Σωδιὸς mensis est, cum Luna à Sole profecta, rursus ad eum redit. Quod sit, secundū Censorinum hoc capite, die $29\frac{1}{2}$. Geminum pag.

115. die $29\frac{1}{2} \frac{1}{33}$. Plinium lib. 1. cap. ix, Cleomed. loco sup. notato, Cassiodorum lib. 11. Var. xxxvi. die 30. Mensis φαστεως est, qui incipit secundo die à coitu, duratque usque dum tota rursus deficiat, exque oculis evanescat. Vid. Plin. lib. 11. cap. ix.

Usque adeq non totos dies] Geminus tamē totōs dies refert, iuxta quēm Sol moratur

CANCRO	xxxii.)
LEONE	xxxii.
VIRGINE	xxx.
LIBRA	xxx.
SCORPIO	xxx.
In SAGITTARIO	xxix. } dies,
CAPRICORNO	xxix.
AQUARIO	xxx.
PISCIBUS	xxx.
ARIETE	xxxii.
TAURO	xxxii.
GEMINIS	xxxii.

Fulvius & Iunius auct. sunt] Varro etiam lib.v.de ling.Lat. pag.50. Fulvium Flaccum & Iunium Gracchum huius rei auctores laudat.

dat. Adi Macrob. lib. i. Saturn. cap. xii. Solin. cap. iii. Ovid. lib. i. Fast.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus.

Hac generis princeps, ipsius ille pater.

Tertius à senibus, iuvenum de nomine quartus;

Quae sequitur numero turba notata fuit.

Martium mensem] Idem ἐπιμονη placet Festo. At Isidorus lib v. Orig. cap. 33. Martium dictum autumat, *Quod eo tempore cuncta animantia ad mare aguntur, & concubendi voluptatem.*

Aprilē autem non ab Aphrodite] Cincius apud Macrob. lib. i. Saturhal. cap. xii. Plutarch. in Numa pag. 132. idem affirmat. Vid. Isidor. dict. loco.

Maium vero] Vid. Fest. in *Maius*. Macrob. & Isidor. d. l. Servium lib. i. Georg. ad vers. *Vere novo*, &c. Plutarch. in Numa.

Iunium quoque] Festus & Cincius quoque à Iunone sic dictum putant. alii à Iunio Bruto, ut refert Macrob. libro iam toties citato.

Quintilem[Vid. Fest. in *Martius*. Macrob. lib. i. Saturn. cap. xii. Solin. cap. iii. Isidor. dict. loc.

Ianuarium ab Iano] Macrob. lib. i. Satur. cap. xii. Isidor. lib. v. Orig. cap. xxxiii. Suaves sunt Græci, qui Ianuarium vel quasi αἰωνάεσσον dictum putant, uti Longinus apud Suid. in *Αἰωνάεσσον*. *Αἰωνάεσσον*, ο *Ιανουάεσσον*.

μηνί. ἔτος Λογγήνος αὐτὸν ἐρμηνεύσαντες οὐκέται, σώματι αὐτῶν πατέρες. Vel à ianua, ut Porphyrius in lib. de antro Musarum, ἂντα ταῦτα εἰπόντες τὴν θύεσσαν, καὶ ταῦτα εἰπόντα μηνα τὸν θυεῖσθαι τοῖς θεοῖς. quamvis hoc Latinis nonnullis etiam placuit. Vid. Macrob. lib. 1. Satural. cap. ix. Tertullian. lib. de Idolat. cap. xv. & lib. de coron. milit. c. 14. Hieronym. lib. 9. comment. in Ezechiel. c. 29. Ovid. lib. 1. Fast.

Februarium à Februo] Vid. Fest. in *Februarius*. Ovid. lib. 11. Fast. Servium lib. 1. Georg. ad vers. *Vere novo*, &c. Isidor. lib. v. Origin. cap. xxxiiii. Plutarchum in Numa, & si ridere voles Suidam in *Φεβρουάριος*. Athen. lib. 3. dipnosophist.

Est Februum] *Februum* Sabinorum lingua purgamentum est, teste Varrone lib. v. de Ling. Lat. pag. 46. Augustin. lib. 7. de civit. Dei, c. 7. inde *Februare*, id est, purgare. Idem lib. 1. de vita pop. Roman. citante Nonio in *Februare*.

Lupercalibus] De Lupercalium Festo vide Dionys. Halicarn. lib. 1. antiqu. Rom. p. 26. Plutarch. in Numa. p. 132. & in C. Cæsar, p. 1350. Ovid. lib. 2. fast. Iustin. lib. 43. histor. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 13.

Qui Quintilis fuit, Iulius cognominat.] In honorem videlicet natalis eius. Dion. Cassi. lib. xlivii. pag. 275. & Appian. lib. 11. de

de bell.civili,pag.494.Macrob.lib. i. Saturnal. cap.xii. Plutarch. in Numa pag. 132. Augustin.lib.2.de doctrina Christ.c.21.

Sextilis fuerat, ex SC.] Senatus consultum huius rei ergo factum, extat apud Macrob. lib. i. Saturn. cap.xii. Vid.Dion.Cass., lib. lv. pag. 632. Plutarch. modo dicto loco. Sueton.in Augusto.c.31.

Multi Principes nomina quædam mensum immutaverunt] Nam Nero Aprilem mensem *Neroneum* dici iussit. Sueton. in eius vita cap. lv. Domitianus Octobrem *Domitianum* vocavit. Inde Martial.lib. 9. epig. 2. Dum Ianus biemes, Domitianus (id est, October) aurumnos, Augustus annis commodabit astates. Euseb.lib. i. Chron. pag. 44. Plutarch. in Numa. Commodus Imp. omnium mensium nomina immutavit, teste Suida in Κόμωδῃ, & Ælio Lampridio in eius vita pag. 73, Dionne & Herodian. Eadem insania laboravit etiam Demetrius, qui τὸν Μαρνυχιῶνα nominavit Δημητρεῖον, ut refert Plutarchus in eius vita. pag. 1638.

CAPUT XXIII.

Superest pauca de die dicere, qui, ut mensis & annus, partim naturalis, partim civilis est. Naturalis dies est, tempus ab oriente Sole ad Solis occasum. cuius contrarium tempus est nox, ab occasu Solis, usque ad ex-

L 5 ortum.

ortum. Civilis autem dies vocatur tempus, quod fit uno cœli circumactu, quo dies verus, & nox continetur. ut cum dicimus, aliquem dies triginta tantum vixisse; relinquitur enim etiam noctes intelligere. Huiusmodi dies ab Astrologis, & civitatibus, quatuor modis definitur. Babylonii quidem à Solis exortu, ad exortum eiusdem astri, diem statuerunt. at in Umbria plerique à meridie ad meridiem. Athenienses autem ab occasu Solis ad occasum. Cæterum Romani à media nocte ad medium noctem, diem esse existimaverunt. Indicio sunt sacra publica, & auspicia etiam magistratum, quorum si quid ante medium noctis est actum, diei, qui præteriit, adscribitur: si quid autem post medium noctem, & ante lucem factum est, eo die gestum dicitur, qui eam sequitur noctem. Idem significat, quod qui à media nocte, ad proximam medium noctem, in his horis quatuor & viginti nascuntur, eundem diem habent natalem. In horas duodecim divisum esse diem, noctemque in totidem, vulgo notum est. Sed hoc credo Romæ post reperta solaria observatum. Quorum antiquissimum quod fuerit, inventu difficile est. alii enim apud ædem Quirini, primum statutum dicunt, alii in Capitolio, nonnulli ad ædem Dianæ in Aventino. Illud satis constat, nullum in foro prius fuisse, quam id, quod M.
Vale-

Valerius ex Sicilia adve&tum , ad rostra in columnā posuit. quod quum ad clima Siciliæ descriptum, ad horas Romæ non conveniret, L. Philippus Censor aliud iuxta constituit. deinde aliquanto post P. Cornelius Nasica Censor ex aqua fecit horarium, quod . — & ipsum ex consuetudine noscendi à Sole horas , *solarium cœptum* vocari. Horarum nomen non minus annos ccc. Romæ ignoratum esse, credibile est. nam in xii. Tabulis nusquam nominatas horas invenias , ut in aliis postea legibus , sed ANTE MERIDIEM , eo videlicet, quod partes diei bifariam eum divisi meridies discernebat. Alii diem quadripartito , sed & noctem similiter , dividebant: idque similitudo testatur militatis , ubi dicitur, *vigilia prima, item secunda, & tertia, & quarta.*

IN CAPUT X XIII.

Naturalis dies est tempus] Lege Gemini pag. 79.

Babylonii quidem à Solis exortu] Plin. lib. 11. cap. lxxvii. Gell. lib. 111. cap. 11. Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 111. Isidor. lib. v. Orig. cap. xxx. Beda de temp. rat. cap. 111.

Athenienses ab occasu Solis] Varro apud Macrobi. lib. 1. Saturn. c. 3. Plin. lib. 2. c. 77. Iudei quoque, Gen. 1. & Nomades Libyæ, quem-

quemadmodū ex Nicolao de moribus gent. Stobæus refert Serm. 165. Et Galli, teste Cæsare lib. vi. de bello Gall. Galli se omnes à Dite patre prognatos predicant, idque à Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium definiunt: & dies natales, & mensium, & annorum initia sic obſervant, ut noctem dies ſubsequatur. Et Germani: Tacit. de morib. German. Nec dierum numerum ut nos, sed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt, ut nox ducere diem videatur. Exempla paſſim in Cod. LL. Antiquar. Alemann.

Romani à media nocte] Præter auctores paulo ante laudatos, vide Plutarch. Quæſt. Rom. lxxxiv. & in Pandecte iur. L. More, 8. De feriis. L. A qua etate 5. D. Qui test. fac. pos. L. i. D. De manumiss.

In horas duodecim] Horæ ſunt duuum generum, ionœcavai, & ηγεληγι. I'ionœcavη, Latine æquinoctialis dicta, Plin. lib. ii. cap. lxxxvii. eſt vicesima quarta pars integræ revolutio- nis æquatoris. Καθεικη eſt duodecima pars cuiusque diei vel noctis naturalis. De horis ſi plura deſideras, videas licet Cœl. Rhodogin. lib. xi. Antiq. leſt. cap. xix. Lil. Gregor. Gyrald. lib. de ann. & mensibus, pag. 603. Ioseph. Scalig. lib. i. de Emend. temp. Læl. Biſciolam lib. ix. horar. ſubſec. cap. xix.

Apud ædem Quirini ſtatutum] Nimi- rum

rum à L. Papyrio Cursore. Plin. lib. viii.
cap. lx.

M. Valerius] Messalla, Catana scilicet capta in Sicilia. Plinius ibid.

L. Philippus Censor] Plinio est Q. Marcius Philippus; quod fortasse rectius.

P. Cornelius Nasica censor ex aqua] Vid. Plin. ibid. Horologiorum porro ex aqua primus inventor Cresibus dicitur, teste Vitruvio lib. ix. cap. ix. De Horologiis autem eorumque diversis inventoribus, vid. Vitruvium dicto loco. Plin. lib. xi. cap. lxxvi. & lib. viii. cap. lx. Blasium Vignier. in annotat. ad Philostrati Icones. part. ii. pag. 311.

Solarium cœptum vocari] Ita emendarunt doctissimi viri, Petr. Faber lib. ii. Semest. cap. ult. & Franc. Modius, Novantiq. lect. Epist. xiv. itaque edidit Carrio. In aliis retro exemplaribus erat *Horarium*.

Horarum nomen] Horarum distinctio antiquitus ex arbitrio Prætoris pendebat, ut Varro indicat lib. v. de ling. Lat. pag. 62. ex Cosconio: *Prætorem accensum solitum esse iubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam, in clamare horam esse tertiam, itemque meridiem, & horam nonam.*

Meridies discernebat] Nam meridies ab eo, quod medius dies. Varro lib. v. de ling. Lat.

Vigi-

Vigilia prima] Vigiliarum usus antiquissimus, cum apud Iudeos, ut Iudic. vii. vers. 19. i. Reg. xi. vers. 11. Psalm. lxxxix. v. 4. & ibi D. Hieronym. & Psalm. cxxix. vers. 6. Matth. xiv. vers. 25. Luc. xi. vers. 38. tum Romanos. Veget. lib. 111. de re milit. cap. viii. Vid. Lips. lib. v. de milit. Roman. Dial. ix. Suid. in φυλακή & περφυλακή.

C A P U T XXIV.

Sunt etiam plura noctis & diei tempora, saliis subnotata, propriisque discreta nominibus; quæ apud veteres poëtas passim scripta inveniuntur. ea omnia ordine suo exponam. Incipiam à nocte media, quod tempus principium & postremum est diei Romani. Tempus, quod huic proximum est, vocatur *de media nocte*: sequitur *gallicium*, cum galli canere incipiunt, dein *conticinium*, cum conticuerunt. tunc *ante lucem*, & sic *diluculum*, cum, Sole nondum orto, iam lucet. secundum diluculum vocatur *mane*, cum lux videtur Solis. post hoc *ad meridiem*. tunc *meridies*, quod est medii diei nomen. inde *de meridie*: hinc *suprema*. quamvis plurimi *supremam*, post occasum Solis esse existimant: quia est in xi. Tabulis scriptum - sic. Sol. Occasus. SUPREMA. TEMPESTAS. - ESTO. Sed postea M. Platorius Tribunus plebis scitum tulit, in quo scriptum est: PRAETOR.

TOR. URBANUS. QUI. NUNC. EST. QUIQUE. POST. HAC. FUAT. DUOS. LICTORES. — APUD. SE. HABETO. ISQUE. USQUE. AD. SUPREMAM. IUS. INTER. CIVIS. DICITO. Post supremam sequitur *vespera*, ante ortum scilicet eius stellæ, quam Plautus *vesperuginem*, Ennius *vesperum*, Virgilius *hesperon*, appellant. Inde porro *crepusculum*, sic fortasse appellatum, quod res incertæ *creperæ* dicuntur; idque tempus noctis sit, an diei, incertum est. post id sequitur tempus quod dicimus, *luminibus accensis*, antiqui *prima face* dicebant. deinde *concupium*, cum itum est cubitum. exinde *intempesta*, id est, multa nox, qua nihil agi tempestivum est: tunc, *ad medianam noctem*, dicitur: & sic, *media nox*.

IN CAPUT XXIV.

QUOD tempus principium] Sup. cap. præcedenti. Easdem vero diei noctisque partes recensent fere Varro lib. v. de ling. Latin. & ex Varrone Servius in Commentar. in lib. II. Aeneid. Virgilii. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. II. Isidor. lib. v. Orig. cap. xxx. & xxxi. Beda de rat. temp. cap. v. Vide etiam Iul. Polluc. lib. I. cap. vii. & viii.

Galli canere] V. Plin. lib. IO. c. 21.

Sol occasus] Sic Gellius citat lib. xvi. cap. ii. At Varro lib. v. de ling. Latin. pag. 44. Fest.

Fest. in *Supremum*. Macrobius lib. i. Saturnal.
cap. i i i. *Solis occasus*.

M. Plætorius] Tangit Varro dicto loco.

Quique posthac fuat] Ita legendum potius censeo, quam fiet.

Plautus *vesperuginem*] Plautus in Amphitr. Act. i. Sc. i. Citatus etiam à Varrone lib. v. de ling. Lat. pag. 74. Festo Pomp. lib. xx. & D. Augustino lib. xx i. de civitate Dei, cap. viii. Vitruv. lib. 9 c. 4.

Ennius *vesperum*] Et Horat. lib. ii. Od. ix.

— nec tibi, vespero

Surgente, decedunt amores,

Nec rapidum fugiente Solem.

Virgilius *Hesperum*] Virgil. Eclog. viii.

— tibi deserit *Hesperus Octam.*

Et Eclog. x.

Ite demum satura, venit Hesperus, ite capella.

Prima face] V. Ioh. Brod. lib. 4. miscell. c. 33.

Intempesta] Vid. Serv. lib. i i i. *Aeneid.*

Virg. ad vers.

Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

E L O-

ELOGIVM.

Macrobius in Somnium Scipion.

LIB. II. CAP. IV.

IN RE NATURALITER OBSCURA, QUI
IN EXPO NENDO PLURA, QUAM NECES-
SE EST, SUPERFUNDIT, ADDIT TENE-
BRAS, NON ADIMIT DENSITA-
TEM.

M

VARLÆ

VARIÆ
LECTIONES
In
CENSORINO.

CAPUT I.

- PAG. 1. DE DIE NATALI] *Inscribitur etiam hic liber, DE HUMANA ORIGINE.*
 vers. 2. opere quam] *Ger. & Ald. edit.*
 nonnunquam.
 3. cariora] *al. cariore.*
 5. inhiat is] *Germ. & Ald. inhiant ii.*
 5. 6. dives vocatur] *Ger. & Ald. divites vocantur.*
 11. comperisti] *Germ. comprehendisti.*
 14. censeri] *Ald. editio non habet censeri.*
 14. 15. Comicus ait] *Germ. editio addit,*
 Terentius.
 18. recte] *Germ. bene.*
 PAG. 2. vers. 4. eæ, quæ] *Ald. eæ quidem quæ.*
 5. præcedant] *Germ. & Ald. præcedunt.*
 6. accedant] *Germ. accedunt. enim*] *al.*
 etiam.
 8. minime] *Ger. minimum.*
 8. à dīs] *Ger. & Ald. à diis.*
 9. neque] *Ger. & Ald. nec.*
 14. ex ethica parte] *Ger. hic apertæ.*
 19. cuncta,

19. cuncta, quæ] *Germ.* & *Ald.* cuncta ista,
quæ.
20. facunde] *Ger.* familiariter.
22. 23. possint] *Bld.* possent. *Germ.* possunt.
23. aliquantum] *Ald.* aliquantulum.
25. in me ut vetus adagium] *Germ.* In me
vetus adagium iure dic. *ald.* in me ve-
tus elogiuin.
26. Sus Minervam] *Ger.* edit. addit, docet.
27. plura did.] *Ger.* plura deest.
- Pag. 3. vers. 2. Dis] *Germ.* & *Ald.* diis.
3. ut se gratos] *Al.* ut se non ingratos.
4. iis] *Germ.* & *Ald.* hoc.
11. Deo sacrum] *Ald.* non habet sacrum.

CAPUT II.

- PAG. 9. vers. 18 quod ait] *Ald.* ut ait.
24. hostiam] *Germ.* hostia.
24. 25. faciundam] *Ald.* faciendum.
26. Atticus, & est] *Germ.* Articulus sive.
27. numeris] *Ald.* muneribus.
- Pag. 10. vers. 3. Deli] *Germ.* Delii.
5. 6. in hoc] In in aliis non habetur.
6. factum] *Germ.* & *Ald.* facta.
7. oportet] *Ald.* oporteat.
8. Sed &] *Germ.* & deest.
11. veneremur] *Germ.* veneretur.

CAPUT III.

PAG. 16. vers. 18. Hic] Germ. deest.

19. genamur] Ger. generemur.

19. curat] Ald. curet.

19. genitur] Ald. gignatur. Ger. gignitur.

20. 21. suscipit ac tuetur] Germ. & Ald. suscipiat ac tueatur.

21. genendo] Ger. & Ald. gignendo.

24. Granius Flaccus] Germ. C. Flaccus.

PAG. 17. vers. 4. nono] Ald. xvi.

8. præterea] Ald. deest.

8. hominum] Germ. homini.

17. 18. exceptos] Ger. acceptos.

20. colant] al. celebrent.

24. præmia] al. pretia.

27. hic] Ger. & Ald. iste.

28. peperit] Ger. pepererunt.

CAPUT IV.

PAG. 25. vers. 4. dicere prius] al. quærcere
primum.

5. natura] Germ. naturæ.

5. 6. de origine] Germ. de natura.

10. seminibus procreatōs] Germ. & Ald.
seminibus esse procreatōs.

11. successione] Germ. & Ald. successio-
neque.

11. progare] Ger. prorogare.

13. generi] Ger. gratia.

16. ali-

16. aliquando] *al.* aliquem.
 18. qua semper humanum genus fuisse creditur] *al.* quæ semper credidit genus humanum fuisse.
 20. Ocellum] *Germ.* Cereium. *al.* Cocceium.
 23. itemque] *Ger.* & *Ald.* item.
 24. 25. opinati] *al.* opinari.
 Pag. 26. vers. 4. isto mundo] *Ald.* mundo non habet.

9. primigenios] *Ger.* deest.

9. 10. naturave] *Ger.* ve deest.

11. in] *Ger.* deest.

15. esse natos] *In Ger.* & *Ald.* editione additur, ut Virgilius. Hic (*Ger.* Hinc) lapides Pyrrhæ iactos Saturnia regna. Et alibi: Quo tempore primum

Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem.

Unde homines nati durum genus.

17. monstrosas] *Ger.* monstruosas.

21. simillima] *Ger.* similia.

- Pag. 27. v. 5. in Ste*] *Ger.* & *Ald.* inserta. *al.* vel in sterte.

6. dissensis] *Ger.* & *Ald.* dissentiente. *al.* discessisse.

8. visum est] *Ger.* & *Ald.* visum esse.

11. cohærentes primum] *Ger.* desunt ha duæ voces. *al.* primum adhærentes.

12. ingenitum] *Ger.* ingenium.

18. id est, Dei provid.] al. & Dei providentia.
25. Nymphas, Indigenasque Faunos] al.
Nymphas Indigetes Faunosque.
26. non difficile] al. non difficilis.
29. configant] Ger. & Ald. configat.
- PAG. 28. vers. 3. humo] Ger. homo.
5. mutua cæde inter se necatis] Ger. mu-
tuo inter se necatis.
7. fuerint] Ger. fuerunt.
9. exaratus] Germ. & Ald. exortus.
10. extispicii] al. auspicii.
11. tum] Ger. & Ald. deest.
11. 12. exscriperunt] al. scripserunt.

C A P U T V.

- PAG. 35. vers. 23. quæ] Ger. & Ald. quod.
24. pertinent] Ger. & Ald. pertinet.
25. compendio] Ger. compendiose. al.
quo potero compendio.
28. è laevis] Germ. deest è.
28. dirivari] Ald. adoriri. Ger. oriri.
36. 4. amissionem] Ger. emissionem. Ald.
amissionem.
4. 5. Qui mares sunt, per-] Ger. & Ald. ma-
res perim.
8. 9. gregum] Ger. & Ald. Græcam. Aldus
legendum putat, crebram coitionem.
17. visum est] Germ. est non habet.

C A-

CAPUT VI.

PAG.39. vers. 16. Principale] *Ald. addit cerebrum.*

23. nascitur, aliturque] *Ald. & Germ. nascatur alaturque.*

26. ferine] *Ger. ferunt.*

PAG.40. 1. formatus] *Ger. formetur. Ald. formatur.*

3. Anaxagoræ enim, cæterisque compluribus] *Germ. Anaxag. etiam cum aliis plurib.*

6. prominens] *al. permanens.*

7. ex eoque] *Ger. & Ald. ex eo.*

16. principium] *Ald. & Germ. deest.*

16. Sedem] *Ger. semen.*

18. &c] *Ald. & Ger. deest.*

20. è] *al. ex.*

21. è] *Ger. & Ald. deest.*

24. sunt] *Germ. & Ald. deest.*

27. fuerit] *Germ. suit.*

28. frigus] *Ger. & Ald. frigidus.*

29. calidum] *Germ. & Ald. calidus.*

29. frigidum] *Ger. & Ald. frigidus.*

PAG. 41. vers. 1. calidum] *Germ. & Ald. calidus.*

2. fuerit] *Germ. si erit. Ald. utrumque deest.*

2. frigidum] *Germ. & Ald. frigidus.*

7. semina] *Ger. & Ald. deest.*

11. Id enim] *Ger. Id etiam.*

14. 15. tantummodo] *Ger.* & *Ald.* partum
tantummodo.
15. si utrumque] *Ald.* & si utrumque.
17. utramque] *Ger.* utrumque.

CAPUT VII.

PAG. 44. vers. 13. necesse est] *Ald.* necesse fit.

14. Musica] *Ald.* & *Germ.* Musicaque.

16. soleant,] *Ald.* soleat.

21. numerus] *Germ.* & *Ald.* numeris.

22. septem formemur mensibus] *Ger.* se-
ptimis à partu formentur dentes men-
sibus. *Ald.* Septimis formentur dentes
in mensibus.

23. 24. Et post sept. men. d. n. inn.
iid. post. sept. cad. an.] *Germ.* Et
post septimum cadant annum. *Ald.*
Et, cum post septimum mensem den-
tes nobis innascantur, iidem quoque
post septimum cadant annum.

PAG. 45. vers. 1. Ideo, quod] *Ger.* ideoque.

2. ut septem] *Ald.* septem non habet.

3. confirmationem] *Germ.* & *Ald.* consum-
mationem.

10. aliqua] *Ger.* & *Ald.* aliqui.

10. alii] *Germ.* & *Ald.* deest.

13. Pythagorica] *Germ.* Pythagoricus.

14. Evenor] *Germ.* Evenus. *Ald.* legendum
putat Eudæmus. ex Aelianis hist. ani-
mal.

16. Eu-

16. Euthyphronem] Germ. Euriphoné.
al. Euripidem; vel Euriphanum.
21. senserunt] Germ. & Ald. sentiunt.
22. mihi] Germ. deest.
22. 23. mihi supra nominatus] Ald. non habet.
26. undecimum mensem] Germ. & Ald. undecimo mense.

CAPUT VIII.

- PAG. 51. vers. 11. nono] Ger. VIII.
11. & decimo] Ald. non habet.
11. tantummodo] Ger. tantum.
14. statis] Germ. & Ald. stantibus.
19. 20. disparili sua temperatura] Germ.
& Ald. hac sua disparilitate pariter.
26. Quid] Ald. Quidquid.
- Pag. 52. vers. 11. sit necesse] Germ. Ald. sit ne-
cessus est.
11. & in al.] & Ald. deest.
15. has Græci μοίρας cognominarunt: eo
videlicet, quod deas Fatales nuncupant
μοίρας] Ger. Has Græci μέρη vocant.
17. Et eæ] Germ. & Ald. Et hæ.
25. 26. tunc pr.] Germ. tuim pr.
28. vocatur] Germ. & Ald. dicitur.
29. qui] Ger. quia.
29. 30. subtendit. nam si, ut] Ald. succidit
(Ger. subcedit) natura cuius.
- Pag. 53. vers. 1. deinde] Germ. & Ald. dein-
ceps. M 5 2. hexa-

2. hexagoni æquilateralis] Germ. & Ald.
hexagoniæ quæ (Germ. qui) lateralis.
6. videatut] Germ. videbatur.
7. 8. videt] Germ. videlicet.
17. polygoni] Germ. polygoniæ.
17. afficit] Ald. efficit.
23. potuerit] Germ. poterit.

C A P U T IX.

- PAG. 60. vers. 16. & fem.] Ald. at fem.
17. vel] Germ. & Ald. ut.
20. capillumque] Germ. capillumve. Ald.,
capilloſve.
24. conformari] Germ. confirmari.
26. afferunt] Germ. & Ald. ferunt.

C A P U T X.

- PAG. 62. vers. 12. mittitur] Ald. innititur.
14. missæ, φθόγοι vocantur] Germ. emissæ
φθίγοι vocatur.
18. diastemata] Ald non habet.
18. quæ alia] Ald. quare (Germ. quæ) Alia-
sīmuſa. ^g
20. ημιτόνιοι] Germ. semitonium.
22. promiscue] Germ. & Ald. permixtæ.
Alia, promisce.
Pag. 63. vers. 4. 5. hemitonii] Ger. semitonii.
6. altera] Germ. alia.
6. hemitonii] Germ. semitonii.
8. est enim vel.] Ger. & Ald. vel non habent.
11. qui

11. qui] Germ. & Ald. deest.
 12. duo] Ald. tria.
 14. Platoni] Germ. Plato.
 14. ημιτόνιον] Germ. semitonion.
 14. autem] Germ. deest.
 15. δίεσις] Germ. δίεσις.
 15. appellatur] Germ. appellat.
 16. aliquid] Germ. & Ald. liquide.
 16. nec] Germ. & Ald. deest.
 25. mutabat, & id identidem Germ. & Ald.
 mutabat inter se collata & identidem.
 Pag. 64, vers. 1, 2. At eam] Germ. ad eam.
 2. 3. ubi invenitur, ubi pond.] Ger. & Ald.
 ubi invenitur pond.
 3. 4. sesquitertia] Germ. sesquialtera.
 5. cum autem] autem Germ. & Ald. deest.
 7. διωλασίω] Germ. displasian.
 8. si] Ald. an.
 10. cavo] Ald. cano.
 14. sescuplo] Ald. non habet.
 15. duodecim] Germ. septem.

CAPUT XI.

- PAG. 68, vers. 10. forsitan obscure] Germ. &
 Ald. forsitan quidem obscure.
 Pag. 69, vers. 4. ratione] Germ. rationi.
 11. perficiunt] Ald. perficiant.
 13. absolvitur] Germ. absolvit.
 17. pervenit] Germ. & Ald. pervenerit.
 20. tota humana vita finitur] Germ. &
 Ald.

Ald. vota humana finitur.

20. ut & Solon] *Germ.* & *Ald.* & ut So-lon.

30. pro portione, diebus] *Germ.* & *Ald.* proportione est diebus.

Pag. 70, vers. 3. prodit] *Germ.* & *Ald.* proce-dit.

7. hos dies] *dies Germ. deest.*

9. præterit] *Ald. præteriit.*

15. observatur] *Germ.* & *Ald. observantur.*

18. diebus] *Ald. dies.*

20. xc. & uno] *Germ.* & *Ald. LXXXII.*

22. ducentis septuaginta quinque] *Ger.* & *Ald. CCLXXIV.*

29. multas] *Germ. multos.*

Pag. 71, vers. 2. vocaverunt ἔχεσιν] *Germ. vo-cari ἔχεον.*

3. Sanguineum] *Germ. sanguinem.*

3. ἔκτεινομός] *Germ. ἔκτεινομός.* *Ald. ἔκτει-νυα.*

4. Quod] *Germ. quia.*

4.5. videntur] *Ald. videantur.*

6. imparem] *Germ.* & *Ald. in partem.*

7. &c] *Germ. deest.*

8. CCLXXIX.] *Ger. deest hic numerus.* *Ald. CCLXXIII.*

12. naturam] *Germ. non habet.* *Ald. nume-rum.*

CAPUT XII.

PAG. 76, vers. 6. *sacris ædibus*] *al. sacris o-*
mibus.

7. *cum*] *al. deest.*

7. *ageretur: non Apollini*] *Germ. & Ald.*
ageretur: Marti, non Apollini.

11. *aut*] *Ger. & Ald. ut.*

11. *ac*] *Germ. & Ald. aut.*

13. *urbem*] *Germ. & Ald. urbes.*

17. 18. *sufférant*] *Ald. ferant.*

21. *Quamobrem*] *Ald. Ob quam rem.*

24. *expergitus*] *Ger. & Ald. experrectus.*

27. *reddidit*] *Ald. reddit.*

ciusdem] *Ald. eius.*

CAPUT XIII.

PAG. 81, vers. 17. *hæc*] *Ger. & Ald. hoc.*

17. *accedit*] *Germ. procedit.*

22. *diastematis congrua*] *Ger. diastematis*
motum habere congrua. *Ald. diastema-*
tis habere congrua.

23. *quamq.*] *Germ. quoq. Ald. quæque.*

26. *quam capere*] *Ger. & Ald. quam non*
caperent.

27. *non possunt*] *Ger. & Ald. desunt.*

PAG. 81, vers. 4. *indicavit*] *Ald. iudicavit.*

12. *usque*] *Ger. & Ald. deest.*

